

# K R A S S Ó V Á R M E G Y E

## TÖRTÉNETE.

IRTA

P E S T Y F R I G Y E S.

NEGYEDIK KÖTET.

(OKLEVÉLTÁR.)

KIADJA

KRASSÓ-SZÖRÉNY VÁRMEGYE KÖZÖNSÉGE.

---

BUDAPEST.

AZ ATHENAEUM R. TÁRS. KÖNYVNYOMDÁJA.

1883.



## OKLEVELEK.

380.

1518. augusztus 14-én.

Georgius dei gracia Marchio Brandenburgensis.

Egregy fideles nobis sincere dilecti, Intelligimus Qualiter Coloni et Jobagiones Opidi et pertinenciarum nostre Monothor, illam pecuniarum summam eisdem propter dampna tempore Insurreccionis popularium et Rusticorum Nobilibus passim impositam, Nondum exoluissent, Quin et Neque curarent, Vnde reliqui Jobagiones nostri pro Eis arestarentur et plurimum dampnificarentur. Meminimus itaque Nos vobis antea hac perscripsisse et commisisse vt scilicet eosdem Colonos nostros ad satisfactionem cogere deberetis. Quemadmodum igitur antea ita et Nunc Harum serie vobis strictissime committimus et mandamus quatinus dictos Colonos nostros de Monothor ad satisfactionem prescriptis Nobilibus faciendam per omnia opportuna remedia cogere et compellere debeatis Relatum est eciam Nobis Kenezios nostros ad Illud castrum nostrum pertinencias certas terras et feneta Jobagionum nostrorum priorum passim et quottidie occupare, et sibi appropriare, Quod similiter cedit in dampnum ipsorum Jobagionum nostrorum. Idque nequaquam pati volentes, volumus vt huiusmodi occupacioni terrarum diligenter invigiletis eisdemque Kenezys committatis vt sub amissione omnium Bonorum suorum a tali indebita occupacione desistant, Aliud nullo modo facturi Datum Bude in vigilia Assumpcionis beatissime Marie virginis Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo octauo.

(*Kivül*: Egregys Johanni Bekes et Andree literato de Zenth Imreh Castellanis et Prouisoribus Curie Castri nostri Hwnyad Fidelibus Nobis sincere dilectis.)

(Eredetije a bajor kir. levéltárban. Acta Brandenburgica. CCIV. Nürnbergi csomag. Zárlatán gyürús pecsét, vörös viaszban.)

## 381.

1520. május elején.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Damus pro Memoria Quod Colomanus de Bejcz pro Magnifico Johanne pethew Magistro curie nostre, ac Georgio fratre Eiusdem, cum procuratorys literis palatinalibus, contra Nobilem dominam Elizaheth, consortem Nobilis Martini porkolab de Naghwagh, ab octauis festi Beati Georgy Martiris proxime preteriti, quattuor diebus diebus (így kétszer) continuis legittime stetit, in termino coram nostra personali presencia, Qui Juxta continenciam literarum paterne Maiestatis prorogatoriarum, ac Capituli Ecclesie Budensis, Introductoriarum, et Statutoriarum, Super facto contradictionis, Castelli Zewdy, ac possessionum Machalaka, Zabrana et Kasa, in orodiensi, ac Zeer et Zent Gewrgh in chongradiensi, ac Hodos, in Themesiensi, Necnon Magoch et Kwthas, in Chanadiensi, Item Barlad in de Kewy, ac agyagos et Menes in de Krasso Comitatibus existencium habitarum, ipsos actores Titulo Juris Regy concernencium, legittime Euocata, Eandem Nostram personalem in presenciam Non venit, Neque Misit, vnde ipsam in Judicio consueto commisimus fore convictam et aggrauatam Si se Racionabiliter non poterit Excusare. Datum Bude, tercio die termini prenotati Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo.

(Kivül: Pro Magnifico Johanne pethew de Gerse Magistro nostre (így, Curie elmaradt) ac Georgio fratre eiusdem, Contra Nobilem dominam Elizabeth consortem Nobilis Martini porkolab de Naghwagh.

Ex contradictione

Statucionis Juris

Judicialis.

Regy, Castelli

Zewdy, ac possessionum

introscriptarum

Orodiensis.

Alább: Extradata iu quartam diem per Magistrum Bolyany.

Zárlatán: Lecta per M. Bolyany.)

(Eredetije papiron a gr. Erdődy-család monyorókeréki levéltárában. Zárlatán vörös pecsét nyoma. 72. csom. 3346. sz.)

## 382.

1520. július 1-én.

Illustrissime princeps domine et domine nobis graciosissime. Post fidelem ac perpetuam, et humilem Serenitatis nostre commendacionem. Is proximis diebus elapsis cum deo duce Illustrissima dom. vra. in Gywla personaliter constituta fuerat, certa est Eadem que Lamentaciones precipue ex parte Cruciferorum, que perpetrata fuerant ab Incolis et Jobagionibus Illustrissime d. vre. pertinenciarum *M o n o s t h o r*, Ita vt Aly Jobagiones Ill<sup>me</sup> d. vre., qui in perquirendis Mercimonys in partibus diuersis soliti forent, vbique ob scelera Cruciferorum opprimerentur, et pene ceteri pauperes Jobagiones In pauperiem deuenissent, et deuenirent In dies nisi de Remedio opportuno per Ill<sup>mam</sup> d. vram. reuisum foret, Ill<sup>ma</sup> autem d. vra. ex maturo suo consilio ita statuit, et nobis mandauit, quomodo certa Suma pecuniarum in vniuersam pertinenciam huius Castri Ill<sup>me</sup> d. vre per Nos Imponerit, Nobis itaque ab Ill<sup>ma</sup> d. vra. redeuntibus, Secundum mandatum eiusdem pociores Incole pertinenciarum huius Castri, in quendam diem congregati adfuerunt, prout vero nobis visum fuit, tam pro solucione dampnorum per ipsos cruciferos, tam pro certo Subsidio Ill<sup>me</sup> d. vre. ad totam pertinenciam Mille florenos pro Taxa imposita fuit, ad quemlibet secundum limitationem satis competentem, tempore autem impositionis nemine contradicente, In festo tamen Sancti Pauli et petri Apostolorum fuit nobis relatum, qualiter Incole pertinenciarum *M o n o s t h o r*, qui vniuersa Latrocinia tempore Cruciferorum perpetrarunt, certis diebus diuersas sub silencio Coniuraciones fecerunt, vt de presenti Taxa nequidem denarium dare vellent, nec volunt, nisi imprimitus ad Ill<sup>mam</sup> d. vram. devenirent Lamentantes, vt eciam ex ipsis hÿ qui literas libertatis haberent per nos dicati forent, Cum vero omnia per eosdem facta sint Ea de causa fuit nobis visum, vti singuli hanc dicam sentirent, et ne aliquis Ex ipsis exemptus fierent, cum singuli merito forent puniendi. Hac autem Infidelitate et Coniuracione ceteri Incole vniuersitatis possessionum Intellectis, In Rumores vt furentes vnaminiter proclamant, vt et ipsi nequidem denarium dare debeant Nisi prius consulant Ill<sup>mam</sup> d.

vram. Insuper dicunt prefati Jobagiones de Monosthor, vt ab omnibus eciam seruicys alias solitis Interim cessare nitunt, ostendentes omnem Infidelitatem sperantes Quod Ill<sup>ma</sup> d. vra nequaquam Eos punire Intendit, sicuti tempore retro acto dum Ill<sup>ma</sup> d. vra Petrum literatum ex Brazlo pro certo subsidio ad has partes miserat et post Imposicionem Subsidy, ipsi Incole pertinenciarum Monosthor Castellum Monosthor obsiderant more Infidelium, reliqui quoque pertinenciarum hoc viso alij Waywodam Transsylvanie alij alios dominos proclamabant, Certa autem est Ill<sup>ma</sup> d. vra, vti pro tanto scelere perpetrato nihil detrimenti et dampna passi sunt, ob hoc superbiunt, et nisi pro presenti Infidelitate et Coniuracione modo aliquali non punientur. Nescimus, quid Nobis faciendum sit, presertim Ill<sup>ma</sup> d. vra absente, modo est enim prouidendum de Remedio opportuno, Ill<sup>ma</sup> d. vra consulat et nobis Mandet quid faciendum sit, et quomodo de Remedio opportuno prouidendum Nam eciam de presenti dietine non censant ab Jneundo Coniuracione faciunt enim extra loca consueta congregaciones, et More Sicularum proclamant vt si quispiam In Eorum congregaciones venire recusarent, Eorum domos distraherent, et delerent vsque ad Nihilominum, Hoc autem, istud, citissime Ill<sup>me</sup> d. vre significassemus, si quidpiam prius Intellexissemus, sed omnia fuerant oculte et clam per ipsos facta. Hesterno die dumtaxat ad Aures nostras Eorum Coniuraciones venerunt. qui Congregaciones et coniuraciones Eorum verguntur, in Castri Huius Hwnya d. Ill<sup>me</sup> d. vre. Maximum dedecus et detrimentum. Preterea dicitur nobis, vt In hac presenti dieta Bude Vniuersitas dominorum contra Honorem et fidem Magnifici domini Michaelis Sobj locuti forent, ob non Execucionem, qui Bachii in generali congregacione decreta per dominos forent. Ex parte dampnorum Illatorum per cruciferos prout autem dicunt, ipse Michael Sobj dixit. Quod vsque ad partes Zeren Castri finitimi venire intenderent, omnibusque plenam satisfaccionem impendere vellet, Is tamen non curatis ipsi Incole de Monosthor Intelligit Ill<sup>ma</sup> d. vra., quid facere dietim nituntur, more infidelium, Etsi prouisum non fuerit de Remedio, necessarium Erit nobis contra insolenciam, et nostram defensionem gentes obseruare,

que obseruacio gentis A nobis fieri nequaquam poterit, ex quo ipsi coniurati in Maximo Numero sunt, sed aliter prouidendum est de Eorum insolencia qualiter similes Infideles puniantur, dummodo sit ex voluntate et deliberacione Ill<sup>me</sup> d. vre. Expectamus Relacionem cellerimam ab Eadem, Quam deus Maximus felicissime observare velit, datis in Castro Hwnyad Ill<sup>me</sup> d. vre. die dominica proxima post petri et pauli Apostolorum 1520.

E. Ill<sup>me</sup> d. vre.

Seruitores Johannes Bekes et Andreas de Zenth Imreh  
Castellani, etc.

(*Kivül*: Ill<sup>mo</sup> Principi domino et domino Georgio dei gracia Marchioni Brandenburgensi Pomeriensi Steteniensi etc. Domino et domino nobis graciosissimo.)

(Eredetije a bajor kir. ltárban. Archiv Nürnberg A. A. 573. vagy Brandenburgica CCIV.)

### 383.

1529. ápril 15-én.

C<sup>o</sup> propria domini Regis.

Nos Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod nos consideratis fidelitate, et seruicys, fidelis nostri Egregy, et Agilis Nicolai Chykna, Aulici nostri, Que Ipse sacre primum huius Regni nostri Hungarie corone, ac deinde Maiestati nostre, pro locorum et Temporum varietate, cum omni fidelitatis constancia Exhibuit et Inpendit, Totales possessiones Chwra, Legethys, Chaba, vocatas In Comitatu Zewriniensi existentes et habitas, Que Stephani Sjsman preuissent, Sed ex eo quod Idem Stephanus Sjsman, Immemor fidei, et fidelitatis sue, Qua nobis veluti vero, legitimoque et coronato Regi Hungarie tenebatur Ferdinando Bohemie Regi Manifesto hosti nostro adhesisse, partesque eius fouisse, et per hoc Notam perpetue infidelitatis, ac crimen lese nostre Maiestatis, palam incurrisse dinoscitur, ad sacram predicti Regni nostri Hungarie coronam, consequenterque collacionem nostram Regiam, Juxta antiquam et approbatam eiusdem Regni nostri consuetudinem atque legem Rite et legitime deuolute esse perhibentur et Redacte, Simul-

cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet Terris scilicet arabilibus, cultis et Incultis, Agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, Siluis, Nemoribus, Montibus, vallibus, vineis, vinearumque promonthorÿs, Aquis, fluuÿs, piscinis, piscaturis, Aquarumque decursibus, Molendinis et eorundem locis, Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quois Nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis, et antiquis existentibus, et premissis sic vt preferatur stantibus, seque habentibus, Memorato Nicolao Chykna, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis dedimus, donauimus, et contulimus. Immo damus, donamus, et conferimus, Jure perpetuo et Irreuocabiliter, Tenendas, possidendas pariter et habendas, Saluo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Quas in formam nostri privilegÿ Redigi faciemus dum Nobis in specie fuerint Reportate Datum, In Ciuitate nostra L y p p a, Secundo die festi Beatorum Thyburcÿ et Valeriani Martirum, Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo Nono, Regnorum vero Nostrorum predictorum etc. Anno Tercio.

(Eredetiye papiron a báró Révay-család levéltárában. F. V. N. 37. Szöveg alatt nagy pecsét.)

### 384.

1529. december 29-én.

Nos Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, (Quod) nos considerantes fidelia seruicia fidelis nostri Egregy Petri de Thinkowa castellani castris nostri L w g a s, Que ipse sacre primum huius Regni nostri Hungarie corone, et deinde Maiestati nostre pro locorum et temporum diversitate cum summa fidelitatis constancia exhibuit et impendit vniuersa bona et quelibet Jura possessionaria nobilis quondam Job de M a c h k a s in districtu Seweriansi habita, que eciam alioquin dictum petrum optimo Jure concernere dicuntur, sed per mortem et defectum seminis ipsius condam Job, ad sacram dicti Regni nostri coronam, consequenterque collacionem nostram iuxta antiquam et approbatam ejusdem Regni nostri consuetudinem atque legem

rite et legitime deuoluta esse perhibentur et redacta, simulcum omni Jure nostro, si quod in eisdem qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibuscumque causis, v̄ys, modis et rationibus concerneret Maiestatem, ac pariter cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis nemoribus, montibus vallibus vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluuis, piscinis, aquarumque decursibus, molendinis, et eorundem locis, Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus Quouis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus memorato Petro de Thinkowa, ipsiusque heredibus et posteritatibus vniuersis dedimus donauimus et (contulimus Immo damus) donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenenda possidenda pariter et habenda salvo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas in formam nostri priulegy redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude in festo beate Thome Episcopi et martiris Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo Nono Regnorum vero nostrorum Anno (quarto).

R<sup>o</sup> Egregy Ludovicj Thomory  
Cubiculārj Regie Maiestatis m. p.

(A szöveg alá vörös viaszra nyomott nagy pecsét lehullt.)

(Kivül: Egy későbbi kéz: Jobi Macskási deficientis bona a Rege Johanne primo obtinuit Petrus de Tinkova Castellanus Castris Lugos. — Sed porciones et possessiones non specificantur. Egy újabb kéz, szintén kívül közölvén az oklevél rövid tartalmát, a jószágokról azt írja, hogy ezek már Sigmond király által adományoztattak.)

(Eredetije papíron a Macskási család ltárában 646. szám alatt.)

### 385.

1531. február 25-án.

Commissio propria domini Regis.

Nos Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie comendamus tenore presencium significantes Quibus expedit vniversis. Quod Nos debitum, vt decet, habentes respectum, ad preclaram fidem, et fidelium Seruiciorum

gratissima cumulataque merita : fidelium nostrorum Egregiorum : Magistri Benedicti de Beken : personalis presencie nostre locumtenentis : et Emerici Balassa de Gyarmath : ac Mathei kasffono : aulici nostri. Que ipsi Sacre primum huius Regni nostri Hungarie corone : et deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate : non parcendo personis, ac Rebus ipsorum ; cum summa semper fide : et integerrima animi eorum constancia : exhibuerunt et impenderunt : Totalem portionem possessionariam : domumque et Curiam Nobilitarem : Nobilis petri de Thÿnkowa : in eadem possessione Thÿnkowa : in Comitatu Themesyensi existentes habitas : Simulcum vniuersis pertinencÿs. ad eandem domum. et Curiam suam Nobilitarem pertinentibus : Necnon alia vniuersa et quelibet Bona, ac iura, porcionesque possessionarias eiusdem : tam scilicet auiticas : quam per Nos tandem quomodocunque sibi collatas, omnino in comitatu Themesÿensi existentes et habitas : Que ex eo quod idem petrus Thÿnkowaÿ : Superioribus diebus : Nobilem condam Gasparem Bezereÿ, cum ille ex preconcepta indignacione vxorem suam propriam persequeretur : illamque vsque ad domum ipsius petri Thÿnkowaÿ, insequutus fuisset. Idem petrus Thÿnkowaÿ : postea casu quodam interemisse dicitur, ad Sacram dicti Regni nostri Hungarie coronam, consequenterque collacionem nostram Regiam : Juxta antiquam et approbatam eiusdem Regni nostri consuetudinem, atque legem. Rite et legittime deuoluta esse perhibentur et redacte : Simulcum cunctis eorundem vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus : Terris scilicet Arabilibus cultis et (incultis, agris) pratis pascuis, campis, fenetis Siluis Nemoribus Montibus, vallibus vineis, vinearumque promontorÿs. Aquis, fluuÿs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus. Molendinis : et eorundem locis, Generaliter vero quarumlibet vtililitatem et pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, Sub suis suis veris metis et antiquis existentes, premissis sic, vt prefertur Stantibus et se habentibus. Memoratis, Benedicto Bekenÿ, personalis presencie nostre locumtenenti : et emerico Balassa, ac Mattheo Kasffono, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, in perpetuum dedimus,

donauimus et (contu)limus. Imo damus donamus et conferimus, iure perpetuo et irreuocabiliter, tenendas, possidendas, pariter et habendas. Saluo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Quas in formam privilegij nostri redigi faciemus. Dum nobis in specie reportate fuerint. Datum Waradini. Sabbatho proximo post festum Beati Matthie Apostoli. Anni domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo primo, Regnorum vero nostrum predictorum etc. Anno quinto.

(P. H.)

(Eredeti je papiron, a M a c s k á s i l t á r b a n Fasc. 20. Nro 649.)

### 386.

1532. október 31-én.

Post seruitiorum nostrorum fidelium humillimam atque perpetuam Commendationem, Serenissime princeps et domine domine noster naturalis gratiosissime, litteras Majestatis vestre pro parte et Inpersonis nobilis Joannis Machykassj nobis preceptorie Loquentes et directas, honore quo decuit recepimus, et tandem Egregios Nobiles Petrum et Ladislaum Rakowyczay Juxta mandatum eiusdem Maiestatis vestre ad sedem nostram Iudiciariam admoueri fecimus, ubi ambe partes coram nobis comparendo, Nobiles Joannes Machykasy ut Actor ab una, ac Nobilis Ladislaus Rakowyczay Inpersona fratris sui tanquam legitimus procurator in Causam Attractus, parte ab altera, ut Idem Actor coram nobis aduersus In causam Attractis proposuit eomodo, quomodo quandam terram arabilem Ipse in causam Attractus Vi et potencia mediante, a me vti proprias meas possessiones occupasset, et in usum suum vsurpasset, Que possessiones ab antiquo iure paternali ad me condescendisse fuissent, et eotum, cum Iudice Nobilium In facie terre Inhibere feci, vt terram illam arabilem nequaquam in causam Attractus vellet arare, sed vsque ad aliquod spacium temporis vsque Iudicium, et Justicia prius de hoc negocio ad Judicaretur, esset absque cultura, et arare nollet, Attamen Ipse In causam Attractus cum talibus Iudicis Nobilium Inhibitionibus nihil curando, sed sua propria voluntate, ad terram

meam propriam, profectus est, et aravit, absque mea voluntate, cum Istis negocium perferre non potuisse gracia videndi Exivi, ut deberem videre, qua ratione et causa aravit propriam meam terram, sed non ad aliquod malum causa faciendum, nisi visionis gracia, cum Illic pervenissem, super eandem meam terram non bene sed male gravi vlnere usque ad effusionem mei sanguinis me affecerunt, et vlnerauerunt, quod ab ipsis non meruissem, Quo auditis In causam attractis adversus proposita ipsius actoris in hunc modum respondere curaverit, liber, Inquit, es quid Loqueris, quia nos ad suam terram arare non exiimus, sed solummodo ad terram nostram liberalem venimus super quam terram nos gravi vlnere Idem Actor affecit, et cum omnibus Instrumentis armatorum vt puta galeato capite, hasta, et framea hostiliter cum omnibus congregatis suis Jobagionibus lanceis et gremium ipsorum plena lapidibus, vnde neque sciuissemus timere, tum juxta quendam fontem prandium nostrum habuissemus super eandem terram cum maximo Impetu contra nos Irruendo, et cum suis Jobagionibus nobis ambobus mortem In minendo, Ita, vt vix placuit deo omnipotenti, quod non Interfecerunt, vt cum grauis vlnerebus, vsque ad effusionem nostri sanguinis amarissimam passionem eo tunc per ipsum actorem sustinuimus, In super germano meo Ladislao Rakowyczay cubitum suum cum Jaciendis lapidibus totum contritum erat, Ideo nunc per ipsum actorem mortui sumus, deo aut nutui et voluntate sumus viui et non mortui, Item ubi hoc proponit et dicit, ut nos ipsum actorem vlnerauimus, hoc nos non denegamus, quia quisquid Illis egimus, nos fecimus cum suis armis Iuxta nostram defensionem nostri capitis et Inpropria nostra terra Impignoratitia, Item, cum dicit possessionem suam uti propriam vi et potentia mediante arare et occupare, liber est quid dicit, quia nos litteris predecessorum nostrorum castellanorum et Judicum Nobilium probamus et probauimus, ut possessionem, In qua terra arabilis est, nos habuimus et possedimus, quod negocium ipsorum Idem Attracti coram nobis cum literis predecessorum castellanorum, et cum alijs litteris suis vinculorum et obligaminum mediante, ut terras arabiles, super quas gravis vlneracio et effusio sanguinis contingisset, ad quas terras Idem

Actor in centum florenos se obligauerat usque Infra tempus redempcionis habere et possidere, ad quem Idem actor super se assumens partem et porcionem ipsorum Integram In possessione Braadh vocata, preterea decem terras arabiles In porcione similiter eorundem possessionaria In possessione Zegwzen habita In terris scilicet Oboras et Spÿn appellatis adiacentes, una cum uno Jobagione Wlaykwl nomine cum sex terris suis ad ipsum antea quoque pertinentibus, ac eorundem vniuersis utilitatibus et pertinentÿs usque ad tempus redempcionis eidem domine Anne consorti Petri Rakowyczay tenendas, possidendas pariter et habendas dedisset et contulisset, In quibus terris predictis wlneracio et effusio sanguinis contingit, ad ista predicta Attractorum, Idem Actor respondit, ut grauem wlneracionem et effusionem sangiunis non denegabit, eciam. in personali presencia Majestatis Quod ipse non fecisset, sed quicquid feci, ipse feci, uti super propriam meam terram et possessionem, Nos utrasque partes coram nobis(.)quisitos has minus si Istud negocium possent comprobare, an non Actor suum negocium probare non potuit, sed in causam Attractus, cum litteris predecessorum nostrorum Castellanorum, et literis vinculorum et obligaminum coram nobis mediantibus Illis literis probauit et testificauit, ut Illa terra arabilis super quam effusio et wlneracio sanguinis contingit In florenis I<sup>c</sup> fuit Impignorata Infra videlicet, tempus redempcionis, Nos una cum prefatis nobilibus In ipsa sede nostra Judiciaria ita Ad Judicandum commisimus, Quod In causam Attractus, ubi wlneracio et effusio sanguinis contingisset et possessio in centum florenis sibi impignorata fuisset, et vinculum, II<sup>c</sup> florenorum per honestorum nobilium Inter ipsas utrasque partes Impositas conuinceretur, quicumque eorum hanc dispositionem disrumperet, comprobarat, et comprobare vellet, Idem ipse predictus, In causam Attractus cum duabus litteris predictis castellanis, et vinculis Istud negocium, quod factum et ordinatum Inter utrasque partes fuerit, coram nobis comprobauit et testificauit, Actor vero nec literis suis mediantibus neque fide dignis testibus potuit comprobare, Nos vero ipsos in causam Attractos, ubi wlneracio et effusio sanguinis se quam (?) terram contigerat, Ad Judicavimus, Quod usque ad tempus Redemp-

cionis Illius terre In dominio et pacifico remaneant post Redempcionem vero Illarum summarum pecuniarum soli teneantur eidem actori remittere, Actorem vero, quod ad terram Impignoraticiam in Curiam Actoris armatis manibus cum suis Jobagionibus contra Ipsos Irruisset In viuo homagió eisdem In causam Attractis convinctum pronunciamus, Actor tandem nos requisitos habuit, wlneracio et effusio sanguinis mei ubi erit, nos diximus, In nihilo foret, quod non debuisses Ad terram alicuius Impignoraticiam armatis manibus adire, sed Jure mediante prius requirere, vel Illis summis pecunÿs prius depositis, et quicquid post has egisses, fecisses vti Juxta tuam propriam Item Illud vinculum, quod vinculum probi et honesti nobiles Inter utrasque partes Inposuerant, et in causam Attractus super eundem Actorem Idem in eadem sede tunc querere a nobis iudicium sibi cupiebat Quodvinculum II<sup>c</sup> florenorum Idem Actor Infregisset, de quo negocio nos eotunc legem non fecimus, sed distulimus vt vnus alter, alterutrum In sede nostra alia coram nobis acquirere possit, et valeat, Tandem istis factis et finitis negoeys que per Actorem contra In causam Attractum aliqua turpia atque illicita verba dicta fuisset, que nostram sedem Judiciariam non concernebat, sed solum secundum Jus canonicum, Ideo nos nullum nostrum negocium volumus in hoc Inserere sed ad apostolicam sedem disspere Actor super nostram adJudicacionem, et ipsum in vivo homagio convictum . . . mus, minime est contentus (In) causam vero Attractus super hoc non fuit contentus ut de vinculo II<sup>c</sup> florenorum Inter utrasque partes Iudicium non fecissemus, sed dixisset, ut placuisset facere, non fuit contentus, sed neque ipsorum adversariorum tam Actor, quam eciam In causam Attractus per viam appellacionis In personali presencia Majestatis transmittere Optauerunt, quamobrem Serenissime princeps hanc causam In curiam Majestatis vestre videndum Juxta consuetudines nostras simulcum vniuersis proposicionibus et allegacionibus Juxta fidelitatem nostram, qua Majestati vestre tenemur ad tricesimum secundum diem a die datorum, Supplicando eidem, ut quid eadem dignetur Ad Judicari facere, Quod ordo Juris ac Equitatis dictauerit, cui nostra perpetua seruitia fidelia Som . . . Datum ex Karansebes

feria quinta In vigilia omnium Sanctorum. Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Secundo.

Eiusdem vestre Maiestatis fideles familiares.

Franciscus Fyath, Martinus Rakowyczay,  
ac Stephanus (Pob) ora Iudices Nobilium  
Districtus de Sebes.

(*Kivül*: Serenissimo principi et domino domino Joanni dei gracia Regi Hungarie Dalmacie Croacie etc. domino nostro clementissimo.)

(Eredeti je papiron a tinkovai Macskási család ltárában, XXIV. csomag. 789. szám.)

### 387.

1534. november 30-án.

Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus nostris honorabili Capitulo Ecclesie Orodensis Salutem et gratiam, Noueritis Quod Nobis in hac Ciuitate lypa feliciter agentibus feria secunda videlicet in festo Beati Andree apostoli pro parte et in personis Egregy petri de Thynkowa alias Castellani Castris nostri lwas, ac prudentis et circumspecti Demetry lwka Iudicis eiusdem oppidi nostri lwas et filij eiusdem Martini lwka, per Nobilem Joannem similiter lwka filium ipsius Demetry lwka. Exhibite sunt et producte Coram nobis quedam litere nostre donacionales, Bude in festo Beati Thome episcopi et martiris Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo nono transacto preteritum Regnorum vero nostrorum Anno quarto, in dupplici papiro patenter confecte Sigilloque nostro ab intra consignate. Quibus mediantibus Nos exigentibus seruicys eorundem Totalem possessionem Heghyerys vocatam in districto (igy) de lwas habitam, tum per Notam infidelitatis Gasparis et ladislai de pakos tum etiam per mortem et defectum seminis eorundem ad collacionem nostram Regiam devolutam simulcum cunctis suis utilitatibus, et pertinencys quibuslibet eisdem petro Thynkowa et demetrio lwka ac Martino similiter lwka filio eiusdem, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis Saluo Jure alieno imperpetuum dedisse donasse et contulisse dinoscebatur, Quibus exhibitis declaratum est nobis in personis eorun-

dem in hunc modum quod (quoniam) ipsi tum propter impacacitatem horum temporum in quibus ab . . . orum Jam inde Annis, assidua disturbia in hoc Regno nostro viguerunt, tum vero alias legitimas ob causas vigore (aliarum) literarum nostrarum donacionalium debito tempore infra scilicet reuolucionem vnus Anni a die datarum ipsarum literarum nostrarum donacionalium computando quem(ad modum) predicti Regni nostri . . . . . approbataque consuetudo . . . . . isset . . . . . in dominium predictae possessionis H e g h y e r y s introducere nequissent Ideoque timerent huiusmodi literarum nostrarum donacionalium vigorem expilasse (?) Supplicatum itaque extitit Majestati nostre pro parte Annotatorum exponendum ut nos prescriptas litteras donacionales non obstante eo quod annualis sublacio datarum eiusdem iam preterisset vigorosas et efficaces relinquere dignaremur, vnde nos considerantes presentis temporis statum, et condicionem in disturbio positum esse, et Racione predeklarata et exsuperhabundanti nostre gratie dono, et Regie potestatis plenitudine, qua Jurium fidelium nostrorum huiusmodi defectus solemus reformare, dictas literas nostras donacionales in vigore relinquimus, decernimusque ac reddimus et pronunciamus reput . . . . que debere volumus vigorosas, prescriptamque possessionem H e g h y e r y s eisdem et heredibus ipsorum vniuersis vigore presencium denuo damus, donamus et conferimus decernendo per presentes, quod idem exponentes se in domynium dicte Totalis possessionis H e g h y e r y s per nostrum et vestrum homines tam dictarum donacionalium, quam eciam presencium literarum nostrarum vigóribus per totum hunc Annum presentem legitime introduci facere valeant, atque possint, Fidelitati igitur vestre harum serie mandamus firmiter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nobiles Mathias Zthanissa de Kys Themes, aut Nicolaus, vel Georgius Wayda de Iwgas, sew Joannes Cherbÿche alÿs absentibus homq noster ad facies Totalis possessionis H e g h y e r y s vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus Accedendo introducat prefatos exponentes In domynium eiusdem possessionis Statuatque eandem eisdem ipsorumque heredibus et posteritatibus uniuersis, simulcum cunctis suis utilitati-

bus et pertinencijs quibuslibet premisse nostre donacionis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint euocet eisdem contra annotatos exponentes ad quintum decimum diem, a die huiusmodi evocacionis exhinc fiende computando in Curiam nostram Regiam, nostram scilicet personalem in presenciam, Racionem contradiccionis eiusdem reddituros Et posthec huiusmodi introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et Evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expedienda dicte nostre personale (igy) presencie suomodo rescribatis. Datum in predicta Ciuitate nostra Lyppa in Festo predicto Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo quarto.

(Az aradi káptalan 1535. évi átiratából. Lásd 389. sz. a.)

### 388.

1534. december 4-én.

Nos Joannes Floka. Mathias Sýwko, gabriel de gerliste franciscus fíyat. Nicolaus Vayvoda de L w g a s, franciscus Vlody, Martinus do(cz.) ladislaus, sandor, damus pro memoria vniuersis presentibus et futuris presentes inpecturis. Quomodo venientes nostri in presenciam Egregius, petrus rakovýchya cum fratribus suis Martino et ladislao ab vna, ab altera partibus Nobilis, georgius vrabia, et coram Nobis talem fassionem et concordiam fecerunt pari et vnanimi voluntate, et consensu Nemine cogente eos sed sua propria voluntate et consensu, fide honore et humanitate, eorum Mediantibus stricta, eorum inter se Manu coram Nobis et fide et sub illo vinculo honoris et fidei, eorum, alter alteri tales faciendo promissiones Quod quoad ipsas vita superesset, Nulla inter eos fieret Nequicia, alter alterum excluderet ex castro b o k c h a, vel alter, alterum, ex dominio alienaret. Sed vsque, vt p . . . . est, superesset, vita. vtriusque p . . . . is, et in (aduersis) et prosperis rebus, eorum quantum hoc negocium, ca . . . . ex omni parte attingeret vni esse volunt, fieri, et Si quis eorum, hoc tenere Nolle aut non curaret, extunc illa pars, in fidefragio, et abs-

que honore ubique locorum Nulla occasione posita habeatur. In cuius rei Memoriam has literas Nostras vnas alteri alteros similiter alteri parti, Juris eorum et ad robor, duximus dandas, et concedendas vigore et testimonio Mediante, Datum ex Liipa feria sexta ante festum beati Nicolai episcopi anno domini Millesimo quingentesimo trecesimo quarto.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási család ltárában, XXIV. csomag, 794 szám. Szöveg alatt 8 apró pecsét, vagy annak nyoma. Penészfoltos, elmállott íromány.)

### 389.

1535. januar 13-án.

Capitulum ecclesie Orodiensis Omnibus Christifidelibus presentibus pariter et futuris presencium Noticiam habituris, Salutem in vera salutis largitore, ad vniuersorum Noticiam harum serie volumus peruenire Quod nos literas Serenissimi principis et domini, domini Joannis dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Regis, domini nostri graciousissimi Introductorias et statutorias pro parte Egregy petri de Thynkowa alias Castellani Castri Lwgas<sup>1)</sup> ac Circumspectorum et prudentum ac Nobilium Demetry lwka Judicis eiusdem oppidi lwgas, et Martini lwka, necnon Johannis similiter lwka filiorum eiusdem demetry lwka confectas et emanatas Nobisque preceptorie loquentes et directas summacum Reuerencia recepimus in hec verba. (Lásd János Király 1534. évi levelét, 387. sz. a.) Vnde Nos Mandatis pref(ati) domini Regis semper et in omnibus obedire volentes, vt tenemur vnacum Nobili Nicolao wayda de lwgas homine eiusdem domini Regis in dictis literis eiusdem inter alios nominatim conscriptos specificato, Nostrum hominem videlicet honorabilem Magistrum dionisium de Hrazthowycza socium et concanonicum nostrum ad premissa suomodo fideliter exequenda nostro pro testimonio fidedignum transmiseramus, Qui tandem ad nos exinde reuersi nobis concorditer retulerunt, Quod ipsi Feria tertia in festo Beati Thome episcopi et martiris proxime transacto, ac alys diebus ad id aptis et sufficientibus ad Facies totalis possessionis H e g h y e r y s

<sup>1)</sup> Tinkovai Péter 1529-ben volt lugasi castellanus.

in districtu de lvgas existentis habite vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis, et Signanter Nobilibus petro gala de H a r a m a d ý a, Stephano similiter gala de eadem H a r a m a d ý a, Mathia Zthanyssa de Kÿs Themes, Gregorio literato de l y p a Marco Horwath de eadem lyppa, Mathia lwcachi de predicta lyppa in ipsorum nominibus et personis ac alÿs quampluribus inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Ibique Idem homine prefati domini Regis (dictoque) nostro testimonio presente introduxisset prefatum exponentem In dominyum eiusdem possessionis H e g h y e r ý s Statuissetque et commisisset eandem eidem ipsorumque heredibus et posteritatibus uniuersis, Simulcum Cunctis suis vtilitatibus et pertinencyis quibuslibet premisse donacionis titulo ipsis incumbente, perpetuo possidendam In Facieque eiusdem ac Tandem nostri in presencia legitimis diebus et horis congruis Juxta Regni consuetudinem commorando, Nullo penitus contradictore apparente. In Cuius rei Memoriam firmitatemque perpetuam literas nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri munimine roboratas eisdem Duximus concedendas. Datum vacante officio lectoratus per Manus Magistri Andree de M(onozlo) fratris et concanonici nostri. Sedecimo die diei huiusmodi Introducionis et Statucionis premissarum, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo quinto, presentibus Ibidem honorabilibus dominis Blasio de Zabooch Cantore, paulo de Ezcek Custode, predicto Andrea de Monozlo, Memorato dionisio de Hrazthowycza, Ladislao de Kenderes, Gregorio de Fwthagh, Ceterisque dominis et fratribus nostris Inprefata dei Ecclesia Regi sempiterno Jugiter Famulatibus et deuote.

(Eredetije penészfoltos hártján Sólyom Fekete Ferencz ur gyűjteményében Déván. A függő pecsét elveszett.)

### 390.

1535. september 22-én.

Nos Joannes dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes Quibus expedit uniuersis. Quod nos cum ad humilime sup-

plicacionis instanciam. Nonnullorum fidelium nostrorum, per eos pro parte nobilium Joannis Georgy et petri peyka de Karansebes, Maiestati nostre factum, tum vero attentis et consideratis fidelitate et fidelibus servicys dictorum Joannis et Georgy, ac petri. Que ydem sacre primum huius Regni nostri Hungarie corone, et deinde Maiestati nostre pro locorum et temporum diuersitate, Juxta possibilitatis eorundem exigenciam, exhibuerunt, et impenderunt totalia predia ipsorum Gerlysthe, Karassowcz, chwdanowycza, Kethewzthwztha, Bwdinach, Hewes Izwar, felsew et also Zythyn, Jamsorowyth, et Marowyth, vocata in districtu de crasso, existencia, in quorum pacifico dominio predecessores eorundem a multis iam temporibus pers titissent seque ipsos persistere asserunt eciam de presenti, sed litere et literalia Instrumenta serenissimi principis, condam domini Lodo uici Regis predecessoris nostri, felicis reminiscencie, factum huiusmodi Bonorum tangencia et concernencia, ab eisdem per hec disturbiorum tempora, deperdite, et alienata esse dicuntur, simul cum omni Jure nostro Regio, si quod in eisdem predys, eciam alias qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, vys, modis, rationibus, concernerent Maiestatem, ac pariter cum cunctis eorundem vtillitatibus, et pertinencyis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis agris, pratis, siluis, nemoribus, montibus, alpibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorys, aquis, fluuys, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem Locis, Generaliter vero quarumlibet vtillitatum et pertinenciarum suarum, Integritatibus Quouis nominis vocabulo vocitatis sub suis versis metis et antiqvis existentibus premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Joanni ac Georgio et petro peyka, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, noue nostre donacionis titulo dedimus, donauimus, et et contulimus, Immo damus, donamus et conferimus. Jure perpetuo et Irreuocabiliter tenenda possidenda, pariter et habenda saluo Jure alieno, harum nostrarum vigore, et testimonio Literarum mediante. Quas in formam nostri priuilegy redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Waradini secundo die festi Beati Mathei apostoli. Anno domini

Millesimo Quingentesimo tricesimoquinto Regnorum vero nostrorum nono.

(Lásd János király 1536. október 10-én kelt levelét 393. sz. a.)

### 391.

1536. február 4-én.

Commissio propria domini Regis.

Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmaecie Croacie etc. Fidelibus nostris Egregy's, Michaeli Somlyay Bano necnon Castellanis ciuitatis nostri Sebesiensis, Salutem et gratiam. Expositum est nobis in personis fidelium nostrorum Egregiorum Nicolai de Gerlysthye, et Andree de Bezere, Qualiter ipsi prudentes et circumspectos Judicem et Juratos ciues, ac alios vniuersos inhabitatores Ciuitatis nostre Lwgas racione occupationis quarundam Terrarum ad possessionem Gowosgya vocatam in districtu de Sebes habitam pertinencium coram vobis iuri conuenire et ex parte eorundem iudicium et iusticiam per vos eisdem administrari facere vellent Lege Regni nostri requirente. Cum autem is qui iudicium petit, Rem plane instane que nulli vnquam neganda est postulare videatnr. Fidelitati igitur vestre harum serie Mandamus firmissime Quatinus acceptis presentibus in prima statim sede vestra Iudicaria primitus post harum exhibicionem celebranda vocatis coram vobis partibus predictis aut earundem legitimis procuratoribus, auditisque ambarum parcium propositcionibus allegacionibusque et responsis admissis eciam Testibus quibusuis ac alys probabilibus documentis partes inter predictas iuxta allegaciones ipsarum parcium semota qualibet occasione secundum deum et eius iusticiam verum et rectum iudicium et iusticiam facere et administrare modis omnibus debeatis, et teneamini. Nec secus vlla racione facere presummatis presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Ciuitate nostra Themesiensi Secundo die festi beati Blasy martiris Anno domini Milesimo Quingentesimo Tricesimo Sexto.

(Eredetije papiron Ngs. Sombory Lajos ur levéltárában Magyar-Nagy-Somborban. Szöveg alatt nagy peesét.)

## 392.

1536. september 30-án.

Nos Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod quia fidelis noster Magnus Valentinus Thewrewk de Ennÿng, in sinum clemencie nostre redÿt, vitaque sua durante nobis fideliter, ac constanter seruire promisit. Ideo nos quoque gracia, ac liberalitate nostra Regia ipsum prosequi cupientes, vt eo fervencius decetero nobis studeat famulari. Totale castrum nostrum Hwnya d nominatum in districtu de Haczak situm et habitum, simulcum castellis, ac oppidis, Haczak, Monosthor, et Morsina nominatis, alÿsque oppidis, villis, possessionibus, predÿs, porcionibusque, et Juribus possessionarÿs, tam in dicto Hwnyadensi, vbiuis, et in quibuscunque comitatibus dicti Regni nostri, et parcium Transyluanarum adiacentibus, et quocunque nomine nuncupatis, ad predictum castrum, ac ipsa castella, de iure, et ab antiquo spectantibus: pertinereque debentibus, ac pariter cum cunctis suis vtilitatibus, et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet arabilibus, cultis, et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, siluis, Nemoribus, Montibus, vallibus, vineis, vinearumque promonthorÿs, Aquis, fluuÿs, Tributis, vadis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, Molendinis, et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet vtilitatum, et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris, et antiquis metis existentibus, Memorato valentino Thewrewk, suisque hereditibus, et posteritatibus vniuersis dedimus, donauimus, et contulimus, Immo damus, donamus, et conferimus iure perpetuo, et irreuocabiliter tenendum, possidendum, pariter et habendum, saluo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas nos in formam nostri priuilegÿ redigefaciemus, dum Nobis in specie fuerint reportate, Datum Waradini Secundo die festi Beati Michaelis Archangeli. Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo sexto Regnorum vero nostrorum decimo.

Joannes Rex Manu propria.

(Eredetije papiron a gróf Keglevich család levéltárában. I. Tok I. csomag, 19. sz. Szöveg alatt a kir. pecsét.)

### 393.

1536. október 10-én.

Nos Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. damus pro memoria, Quod cum ob contradictoriam Inhibicionem statucionis totalium prediorum Gerlysthe, Karassocz, chwdanowycza, Kethezwthezka, Bwdynach, hewes Izwar, felsew et also Sythyn, Jamsorowyth, Maronyth vocata, omnino In districtu de crasso existencia, fideles nostros Joannem Georgium et Petrum Peyka, de Karansebes, noue nostre donacionis titulo concernencia ydem Joannes, Georgius et Petrus Peyka, legitime euocacionis modum obseruando Nobiles Nicolaum Paulum et franciscum Bokosnycza de eadem Karansebes ac Sebastianum chomay de Lypa, Stephanum Nyakazo, et Gabrielem Gerlysthyey, de dicta Karansebes contra se ipsos ad tricesimum secundum diem festy beati dionisy et sociorum eius in anno proxime transacto preteriti (nostram) personalem in presenciam traxissent in causam, a quo quidem: tricesimo secundo die causa parcium prescripta partes inter easdem, seriebus literarum nostrarum prorogatoriarum ventillando presentem feriam secundam proximam, post festum diui francisci confessoris nunc transactum, dilatiue attigisset. Quo quidem termino Instante nobisque vnacum nonnullis dominis prelati, Baronibus, Magistroque prothonotario, ceterisque Regni nostri nobilibus, sedis vtputa nostre Judiciarie assessoribus hic Waradini in eadem sede nostra Judiciaria, pro tribunali sedentibus Benedictus literatus de Nagheech, pro prefatis Joanne Georgio et Petro Peyka. Eandem nostram personalem veniens in presenciam, presente Ibidem, et modo simili personaliter adherente, Gregorio Anyos de Bed, qui pro prefato Nicolao Bokosnicza, cum procuratorys literis nostris, coram nostra personali presensia astabat, prefati vero Paulus, franciscus Bokosnycha, Sebastianus chomay, Stephanus Nyakazo, et Gabriel Gerlysthyey, in causam attracti, per annotatum Benedictum Literatum de Nagheech, legitimum procuratorem

dictorum actorum congruis diebus prescripti termini, coram eadem nostra personali presencia legittime expectati. Eiusdem in presenciam non venerunt, neque miserunt, se ipsos mediantibus alys literis nostris Judicialibus exinde confectis, In iudicijs convinci et aggravari permittendo, dehinc volens Idem procurator, dictorum actorum pretaeta predia eisdem actoribus premissa noue nostre donacionis titulo pertinere debere declarare, quasdam literas nostras donacionales, in pergameno patenter confectas, secretoque sigillo nostro ab intra in inferiori margine Impressiue consignatas, dicte nostre personali presencie exhibuit et presentauit, hunc tenorem continentis. (Lásd János Király 1535. évi levelét 390. sz. a.) Quibus exhibitis et presentatis prefatus procurator dictorum actorum rationem contradictorie inhibicionis assignari postulauit per prefatum Nicolaum Bokosnycza in causam attractum prenotatum. Quo audito prefatus Gregorius Anyos legitimus procurator eiusdem in causam attracti in persona eiusdem respondit tali modo Quod tempore premissa statucionis predictorum prediorum eisdem actorum, modo premissa facte, in persona prefati Nicolai Bokosnycza, in causam attracti pro eo facta fuisset contradiccio, Quia alias prescripta predia, Gerlysthye, Zwthezka, et crassowcz vocata nobilis condam Joannis Bokosnycza Genitoris dicti Nicolai actoris preuissent, ac per eum, et Joannem fratrem eiusdem carnalem a serenissimo principe condam domino Lodovico predecessore nostro, Grate recordacionis pro fidelibus seruicys ejusdem, cum alys nonnullis predys, per mortem et defectum seminis Egregy condam Gregory Nagh, de Kysyth, cum omni et totali Jure suo Regio, si quod ipse condam dominus Ludouicus Rex in eisdem predys habuisset, aut eiusdem ex quibuscunque causis, vys, modis et rationibus concernisset Maiestatem Impetrata extitissent, ac se in dominium eorundem Introduci ac sibi ipsi statui fecissent, et vigore huiusmodi statucionis, defuncto prefato condam Johanne fratre suo carnali, realem eciam possessionem dictorum trium prediorum consequutus fuisset, Nobilem petrum peyka Genitorem prefatorum actorum certis de causis, penes se adoptasset et participem prescriptorum prediorum effecisset, eademque cum eodem equaliter possedisset, pefa-

tique actores eadem predia absque scitu eiusdem in causam attracti a maiestate nostra tamen modis prescriptis impetrasent et optinuissent, sicque eundem in causam attractum de predictis predys exclusissent et sibi ipsis, minus iuste et indebite appropriassent. Quo percepto ipse tandem in causam attractus ad dictum capitulum Ecclesie Orodiensis recurrendo premissa statucioni contradixisset et superinde certe eciam litere puta donacionales, statutorie, et adopcionales forent confecte, et emanante, quas non ad presens, sed in termino vltiori per nos eidem dando, coram dicta nostra personali presencia producere presto esset et paratus, et quia absque debita reuisione et Inuestigacione pretactarum literarum causa parcium in prescripta partes inter easdem ad presens congruens iudicium facere non poteramus, pro eo nos hys perceptis prefatis actoribus, Ex parte prenominatorum pauli francisci Bokosnycza, Sebestiani chomay, Stephani Nyakazo et Gabrielis Gerlysthyey in causam attractis per alias literas nostras adiudicatorias superinde confectas, aliud Iudicium et Justiciam faciendo, Judicantes comisimus eo modo, vt prelibatus Nicolaus Bokosnycza in causam attractus, vel procurator suus legitimus prescriptas literas puta donacionales, statutorias et adopcionales, Quas videlicet super facto dictorum prediorum, confectas et emannatas fore (refer)ebat secundo die festi Beati Martini Episcopi confessoris (prox)ime venturi absque vltioris prorogacionis confidencia coram dic(ta nostra) personali presencia producere et exhibere debeat et teneatur, contra actorem prenotatum, vt eisdem visis et Intellectis Iudicium et Justiciam facere valeamus inter partes in premissis, dictante Juris equitate, Datum Waradini secundo die termini prenotati Anno domini Millesimo Quingentesimo tricesimo sexto.

(Kivül: Super exhibendis literis Intrascriptis absque vltioris prorogacionis confidencia.

Pro nobili Nicolao Bokosnycza contra Nobiles Joannem Georgium et petrum peyka, ad terminum intrascriptum. Prorogatoria. Lecta per me magistrum Georgium Posa prothonotarium personalis presencie Regie Maiestatis.)

(A szöveg alatt nagy vörös pecsétföredék.)

(Eredetije papiron a Macskási cs. Itárában 650. szám.)

**394.**

1537. június 7-én.

Nos Joannes Floka de felse Byzere, Joannes Olah de Wlpar Vice Bani, Franciscus Fyath de Ermenes, Martinus Rakowiczay Castellani pertinencium Sebes, damus pro memoria, Quomodo die quodam certo legis nostre Administracionis, dum Assessoribus nostris Tribunali consedissemus eotum extunc Dorothea Relicta Georgy Thornyaÿ, ab vna, partibus vero ex altera Joannes Matthnaky personaliter comparuerunt, Que quidem honesta domina Dorothea spontanea voluntate viu-uocis In hunc modum verba protullit Quod ob quoddam facinus Michaelis Ban, Petrum Matthnaky Juridice, Georgius Thornay, maritus quondam suus, Executus fuisset, deuictusque florenis centum extitisset pro quo villam vnam suam Pokol nomine Impignorasset, nunc autem post obitum Ipsius mariti mei meam partem que ex his me concernit videlicet terciam, Eidem Joanni Matthnaky Totaliter Relaxo, nequis deinceps successu Temporum ex meis pertinencÿs, eum, aut suos heredes vel posteritates, hac exparte Impetere valeret, Sed In hac tercia parte . . . . . et modis omnibus absoluendum reddo, Imo totam Nobis . . . uavit, reddidit et relaxauit, In filios (filiorum) harum serie literarum. In cuius memoriam firmitatemque perpetuam has literas nostras sigillis nostris obsignatas dedimus dandasque duximus et concedendas, Datum in Karansebes feria quinta In octauis Sacratissimi corporis christi Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo septimo.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási család ltárában (?) csomag, 882. szám. Szöveg alatt négy apró pecsét zöld viaszban.)

**395.**

1538. márczins 1-én.

Nos Johannes Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod fidelis noster Egregius Joannes gywryczka, de karansebes, Nostram personalem veniens in presenciam, Exhibuit Nobis et presentauit quasdam literas Conuentus Ecclesie Sancti Saluatoris de Kapor-

n a k in pergameno patenter confectas, sigilloque suo quo vtitur in pendenti communitas, quibus mediantibus, ipse Joannes gywryczka, cum Laurencio Palathycz de Illadya, fratre suo germano, certam fassionem sew contractum, in alterutrum, eorumque heredes et posteritates vniuersos quem primum eorum ab hac luce deo ita volente, sine heredum solacio decedere contingeret, deuoluendis, sub certis condicionibus, inferius in tenore earundem literarum contentis fecisse dinoscabantur, tenoris infrascripti. Supplicans nobis humiliter, idem Joannes Gywryczka, vt easdem literas, ratas, gratas et acceptas habentes literisque Nostris priuilegialibus de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali inseri et inscribifacientes premissae fassioni, alysqe omnibus et singulis inferius in tenore prescriptarum literarum contentis, Nostrum Regium consensum prebere dignaremur Beniolum pariter et assensum, quarum quidem literarum tenor talis est. Nos Conuentus Ecclesie Sancti Saluatoris de K a p o r n a k : Salutem in salutis largitore, ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod Egregius Joannes Gywryczka de K a r a n s e b e s <sup>1)</sup> ab vna, onera et quelibet grauamina, Georgy filj, et generose Barbare puelle filie suorum super se assumendo et leuando. Item Egregius Laurencius Palathycz de Illadya partibus ab altera coram Nobis personaliter constituti, sponte et libere sunt confessi et retulerunt in hunc modum. Quomodo ipsi matura inprimis intra se deliberacione prehabita, sanoque consilio inter ipsos prehabito, amore fraternali inducti, Talem inter se in ipsorum Bonis et Rebus ac Juribus possessionarys eorundem vbique habitis de facto acquisitis aut in futurum acquirendis et habendis omnibus, talem celebrassent dispositionem et fecissent contractum im eum futuris temporibus duraturam. Quod si nutu diuino aliquem eorundem quod deus auertat, absque liberis et heredum solacio ab hac decedere luce contingeret, <sup>2)</sup> vt pote si ipsum Joannem Gywryczka et liberos suos prescriptos premori acciderit, extunc vniuersa et singula Bona et Res eiusdem iam de facto habita

<sup>1)</sup> A kapornaki convent 1537. évi levelében ; de K a r o m s e b e s. Ugyan ebben a Gyuricska név folytonosan Gywrychka-nak iratik.

<sup>2)</sup> A kapornaki convent 1537 évi levelében : contingerit.

aquisita ac habitura et in futurum acquirenda: Aurea, argentea, Gemmata Sericea pecunie aliaque quelibet Bona, Resque vniuerse Jura ve possessionaria vbiuis et in quibuscunque Comitatus, intra ambitum huius Regni Hungarie existencia habita cum omnibus earundem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, quoquomodo ad easdem spectantibus et pertinere debentibus, quocunque nomine censeantur prefato Laurencio Palathycz, heredibusque eiusdem vtriusque sexus vniuersis effective remanere deriuari et condescendere deberent et tenerentur. Et conuerso prefatus Laurencius Palathycz, personali sua astancia, vt premissum est coram Nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus eo modo, Quod prefatus Egregius Joannes Gywryczka et alioqui in diuersis suis necessitatibus presidys gratuitis, Rebus fatigys et laboribus suis hactenus nusquam parcendo, ipsi Laurencio palathycz subuenisset et complacuisset, Et in paratis tantum pecunys eciam plus quam Mille florenos hungaricales ad varia facta et necessitates, ab ipso Joanne Gywryczka fratre suo carnali, assumpsisset et leuasset, perampliusque speraret indubie amplioribus fauoribus sibi adesse, et Beneficys fraternalibus subsidysque occurrere et affore. Ideo et ipse Laurencius palathycz, tum propter tantorum, prefati Joannis Gywryczka Bonorum et subsidiorum recompensam, tum ob fraternalis amoris dilectionem, cum ipso Joanne Gywryczka perpetue fraternitatis vinculo, et nexu vniuisset, et confederasset, Immo vniuit et confederauit coram Nobis talimodo. Quod si prefatum Laurencium palathycz sic vt prefertur sine semine prolis se decedere contingerit, extunc Totales suas possessionarias porciones in possessione Chyglova, et in pertinencijs Illadya vocatis, in comitatu Zewreniensis: Ac alia vniuersa Bona, Res eciam Mobiles et immobiles, et quelibet Jura possessionaria, intra ambitum huius Regni Hungarie, vbiuis et in quibuscunque Comitatus habita existencia, per mortem parentum suorum ad eum reducta et deuoluta, Nec non seruicys acquisita iam de facto pre manibus habenda, et in futurum habitura, cum omnibus earundem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, quoquomodo ad easdem spectantibus et pertinere debentibus: Memorato Joanni Gywryczka, fratri suo carnali, et per eum Georgio filio,

et generose puelle Barbare filie eiusdem, heredibusque ipso-  
rum vtriusque sexus vniuersis, Jure perpetuo et irreuocabiliter  
tenenda possidenda pariter et habenda, remanere deriuari  
atque condescendi, cum omni plenitudine Juris et dominij effec-  
tive deberent et tenerentur eo facto, Tali quidem vinculo me-  
diante. Quod si quis temporum in Eventu ipsum Joannem  
Gywryczka, racione premissorum Bonorum vniuersorum et  
porcionum possessionariarum dicti Laurency palathycz infes-  
tare vel inquietare, intra vel extra Judicium niteretur, ex tunc  
prescriptam summam pecunie, florenos videlicet Mille ante  
litis ingressum deponere debeat et teneatur, ad que premissa,  
et queuis premissorum singula personalibus eorum astancys se  
parcium vtraque sponte obligauerunt coram Nobis. In cuius  
rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas  
nostras priuilegiales pendentis et Autentici sigilli nostri mu-  
nimine roboratas, vtrisque partibus duximus concedendas. Da-  
tum feria tertia proxima post festum pasce. Anno domini  
Millesimo Quingentesimo Tricesimo octauo. <sup>1)</sup> Nos igitur hu-  
millima supplicatione annotati Joannis Gywryczka per eum  
nostre modo, quo supra porrecta Maiestati Regia benignitate  
exaudita et clementer admissa, prescriptas literas, prefati  
Conuentus Ecclesie Sancti saluatoris, non abrasas, non can-  
cellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, presentibusque lite-  
ris nostris priuilegialibus verbotenus sine diminucione et aug-  
mento aliquali insertas, quoad omnes earum continencias,  
clausulasque et articulos, eatenus quatenus eedem rite et legit-  
time existunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur,  
Ratas gratas et acceptas habendo, premisse fassioni, alysqe  
omnibus et singulis superius in tenore earundem literarum  
expressatis, Nostrum Regium consensum prebuimus, Immo  
prebemus Benivolum pariter et assensum. Nihilominusque  
attentis et consideratis fidelitate fideliumque seruiciorum gra-  
tuitis meritis, eiusdem Joannis Gywryczka, que ipse Maiestati  
nostre pro locorum et temporum varietate fideliter exhibuit  
et impendit, Totum et omne Jus nostrum Regium si quid in

<sup>1)</sup> Az eredeti kiváltságlevél 1537. évben kelt, és ezért ott a napi kelet  
is april 3-ára teendő, nem april 23-ára.

dictis Bonis et Juribus possessionarijs dicti Laurency palathycz, porcioneque possessionaria, in prefata possessione Chyglowa existente, et in pertinencijs Illadya vocatis, in dicto Comitatu Zewreniensi existentibus, qualiter cunque haberemus aut eedem nostram ex quibuscunque causis vjs modis et rationibus concerneret Maiestatem, Ac pariter cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, ad Easdem de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, Memorato Joanni Gywryczka, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, dedimus donauimus et contulimus, Immo damus donamus et conferimus, Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum : saluo Jure alieno. Harum nostrarum quibus secretum Sigillum nostrum est appensum, vigore et testimonio literarum mediante: Datum Waradini feria sexta proxima post festum Beati Mathie Apostoli. Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo octauo. Regnorum vero nostrarum duodecimo.

R<sup>o</sup> venerabilis Joannis de Ezeek  
episcopi Agriensis ac Secretary Regie maiestatis.

(Kivül: Későbbi irás: Confirmatio Joannis Regis super contractu Joannis Gjvritska et Laurency Palatiz Ratione universorum suorum Bonorum in alterutrum condescensium.)

(Eredetiből hártján, a bud. kam. Itárában, N. R. A. 947 csom. 6. szám. A sodrozott vörös-fehér-zöld selyemről csüngött pecsétnek csak még töredéke maradt fenn.)

(A kapornaki convent kiváltságlevele, melyet fent János király szóról szóra áttír, — mint az eredetiből meggyőződtem — nem 1538, hanem 1537 évben adatott ki. Egy pár betű eltéréseket kivéve, különben az átirattal megegyezik. Az eredetiről zöld selymen csüngő pecsét már szintén leszakadt. Az oklevél található a bud: kam. Itárában szintén N. R. A. 947. csom. 5. szám a.)

### 396.

1542. május 16-án.

Isabella dei gracia Regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie orodiensis Salutem et graciam, Dicitur nobis in personis nobilium Andree et petri Bosoran de Luga s, Qualiter ipsi in dominium illarum terrarum In territorio ciuitatis nostre Lugas, in valle Drago

meresth vocate et circumcirca existencium et habitarum, ex Juridica permissione Judicis et Juratorum Ciuium dicte ciuitatis nostre Lugas, per nobiles Matheum Radowan, Joannem Martynycza, Joannem Hanchwl et alterum Joannem Agosthon In dicta ciuitate Lugasiensi commorantes, cum alijs nonnullis ad hoc deputatis, nouiter reambulatarum, per nostrum et vestrum homines legitime vellent introire, Super quo fidelitati vestre harum serie mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Mathias chykman de Zlathyna siue franciscus Gulya de Krywna, aut Stephanus Gala de Hamaradya vel Sebastianus Belos neue Lucas Herrudy de Lugas alys absentibus homo noster ad facies predictarum terrarum in territorio dicte ciuitatis nostre existencium et habitarum, vicinis et commetaneis earundem in ibi legitime conuocatis introducat prefatos Andream et petrum de Lugas in dominium earundem Statuatque easdem eisdem ibidem simul cum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premisso iure reambulacionis metarum ipsis incumbente perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint euocet eosdem contra annotatos Exponentes in curiam nostram ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorundem reddituros, Et post hec huiusmodi introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et euocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premisse statucioni intererunt nominibus terminoque assignato vt fuerit expedienda nobis fideliter rescribatis, Datum In oppido nostro Deua feria tertia Rogacionum Anno domini Millesimo quingentesimo Quadragesimo secundo.

(A beigtatásról szóló jelentés impuruma magára a fenebbi oklevél eredetijére van rá jegyezve, és következőleg hangzik.)

Capitulum Ecclesie Orodienensis, omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris harum noticiam habituris, Salutem in omnium Salutis largitore, ad vniuersorum noticiam serie presencium volumus peruenire, Quod nos literas Serenissime domine, domine Isabelle dei gracia Regine Hungarie, Dalmacie Croacie etc. domine nostre clementissime Introduc-

torias et Statutorias pro parte nobilium Andree et petri Bosoran de lwg as confectas et emanatas Nobisque preceptorie loquentes, et directas Summocum honore recepimus in hec verba.

Isabella dei gracia etc. (Itt átiratik a fenebbi királynéi parancs.)

Vnde nos Mandatis prefate domine Regine semper et in omnibus obedire et satisfacere volentes vt tenemur, vnacum prefato Nobili francisco Gwlya de lwg as homine eiusdem domine Regine in dictis literis eiusdem inter alios nominatim conscriptos specificato, nostrum hominem videlicet honorabilem Magistrum Georgium de Posgawar fratrem et concanonicum nostrum ad premissa suo modo fideliter exequenda nostro pro testimonio transmiseramus. Qui tandem ad nos exinde reuersi retulerunt, quomodo ipsi feria tertia proxima ante festum natiuitatis virginis Marie nouiter transacta <sup>1)</sup> ad facies predictarum terrarum in territorio dicte Ciuitatis Reginalis lwg as vocate existencium et habitarum vicinis et commetaneis earundem vniuersis et signanter Nobili Stephano Gala de Hamaradya in sua propria, ac prudentibus et circumspectis Andrea Gasparo et Valentino Zora Juratjs Ciuibus in dicta Lwg as Jobagionibus commorantibus ipsius Reginalis Maiestatis nominibus et personis ac alys quam pluribus in Ibi legitime conuocatis et presentibus accessissent, Ibique Idem homo predictae domine Regine antelato testimonio nostro presente Introduxisset memoratos Andream et Petrum Bosoran de lwg as in dominium earundem terrarum statuissetque easdem eisdem Ibidem simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet premissis Jure reambulacionis metarum ipsis incumbenti perpetuo possidendas in faciebus earundem ..... nostri in presenciam legitimis diebus et horis congruis J....ni comisimus commorando nullo .... contractore apparente .....  
Sigilli nostri munimine roboratas eisdem Andree et petro duximus concedendas, datum per manus venerabilis magistri Benedicti de ..... fores ac ..... sedecimo ..... diei

<sup>1)</sup> September 5-én.

introductionis, <sup>1)</sup> praemisso anno domini supradicto presentibus ibidem honorabilibus dominis et Magistris Joanne The... gyn de Zeghedino Cantore, Michaele de Kysthold, Custode Andrea de Monizlo et Matheo de lews, Stephano de Bylak, Luca de Zathmar ceterisque fratribus et concanonicis nostris in prefata dei Ecclesia Regi sempiterno iugiter famulantibus et deuote.

(A szakadozott, és foltos okirat minden része össze-vissza van beírva. Első lapján, mely Isabella királyné parancsát mutatja, a széleken szintén a statutio jelentésének egy fogalmazatja olvasható, de szerzője azt érvénytelennek kívánta feltüntetni a kereszttörésekkel. Tartalma szerint nagyánt egybehangozott a fenebb közlött ígtatási jelentéssel, csakhogy a statutióban-részt vett nemesek közt Radowan Máté, Martynycha János és Henchwl neveit is találjuk.)

(*Kivül*: Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Orodensis pro nobilibus Andrea et Petro Bosoran de Lugas. Introductoria et Statutoria. A levelet vörös viaszba nyomott pecsét kapcsolta össze, de már lehullot.)

(Eredetije papíron a gyulafehérvári káptalan ltárában, Cista Záránd Fascicul. 2. Nr. 64.)

### 397.

1544. március 27-én.

Pe(trus Petr)owyth Comes Themesiensis et parcium Regni Inferiorum capitaneus generalis etc . . . . . Horwath prefecto Arcis nostre Chalya ac Gregorio literato de Zolonkemen . . . . nec non circumspectis Kenesys Krayncis ac eorum vicesgerentibus similiter . . . . . ceterisque prosequutoribus Nobilis Francisci Fodor de Welkowch. In comitatu Zewriniensi . . . . is et constitutis salutem et fauorem, veniens nostrum in conspectum, dictus Nobilis Franciscus . . . . . supplicando. Qui exhibuit nobis literas Reginalis Maiestatis domine nostre clementissime . . . . confectas nobisque sonantes. In quibus ratione verberacionis cuiusdam molendinatorum, sibi per suam Maiestatem gratiam esse impet . . . eatur manifeste, In eo quod . . . o suis excessibus, extra Juris tramitem p . . . . piam hominum et vestrorum non . . . . retur pro eo vobis et cuilibet vestro presencium serie in persona sue Maiestatis . . . committimus quatenus. Nullus om-

<sup>1)</sup> September 20-án.

nino vestrum eundem Franciscum Fodor et . . . . . ac vniuersos suos subditos in personis et rebus turbare molestare et (perse)qui audeatis gratia Reginalis maiestatis sub obtentu, sed siquis cum eo quicumque . . . pretendere habuerit In presenciam Iudicis Lwgasiensis requirat, vbi si qua parcium con(pare)re noluerit, In presenciam nostram poterit appellare vbi communis Justicia non . . . partibus abneganda, secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. In Arce Themesiensi, feria quinta proxima post dominicam Letare, 1544.

(Apró vörös viasz pecsét.)

(Eredeti je papíron a Macskási es. Itárában, 655. szám alatt. Összehajtás miatt nagyon megkárosítva.)

### 398.

1544. július 18-án.

Nos Capitulum Ecclesie Albensis Transsylvanie, Memorie Commendamus per presentes. Quod Egregy Nicolaus Walkay et Gaspar Menyhar coram nobis personaliter constituti Idem Nicolaus Walkay vniuersorum filiorum et pariter cunctorum fratrum propinguorum et consanguineorum suorum onera et quelibet gravamina si in Subscriptis persistere Nolent super se assumendo, oraculo viue vocis sunt confessi libere ac sponte In hunc Modum Quomodo ipsi Matura intra se deliberacione habita Totales possessiones suas p e p e r y g h alio nomine Mochkafalwa In de Komyath et Barna in de Bosor necnon Totales porciones possessionarias in possessionibus Gamza Pokolpathaka, Zelha Zorlyencz Dragwbrathfalwa Hoobyca Glood Mochkaan Magwra Ozyeÿ et Whezyowa in Karansebes districtibus aliaque vniuersa Bona et Jura possessionaria Egregÿ quondam Stephani Wassa de Wyd alias de Wassilio vbiuis existentibus et habita, ipsum Nicolaum Walkay ex vi contractus inter ipsos habiti concernencia, Simulcum cunctis earundem vtilitatibus, et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet arabilibus cultis et Incultis Agris pratis pascuis Campis fenetis Siluis Nemoribus Montibus vallibus vineis vinearumque promontorys Aquis fluuyÿs piscinis piscaturis aquarumque decur-

sibus Tributis sew Theloneis Molendinis et eorundem locis et generaliter quarumlibet vtilitatum et prouentuum integritatibus quouis Nominis vocabulo vocitatis ad easdem et eadem de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, Demptis Juribus suis in possessionibus W y d predicta in de Z a b o l c h ac M y h a l f a l w a In Byhoriensi comitatibus existentibus, que Idem Nicolaus Walkay pro se reseruauit Nobilibus Ladislaio Symon, Joanni et Stephano fratribus eiusdem germanis filys quondam Georgy S y m o n de Karansebes, necnon Michaeli Joanni et Gaspari S y m o n filys et puelle El y z a b e t h filie olim Nicolai S y m o n de eadem Karansebes ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis pro Sexingentis florenis plene vt dixerunt, ab eisdem Receptis et leuatis perpetue vendicionis et Inscriptiois titulo dedissent contulissent et Inscriptissent, prout dederunt contulerunt et Inscripterunt coram nobis Jure perpetuo et Irreuocabiliter tenenda, possidenda pariter et habenda Nullum Jus nullamque Juris ac dominy proprietatem Sibi ipsis reseruando, sed Totum et omne Jus ac dominy proprietatem, Quod et Quam ydem Nicolaus Walkay et Gaspar In eisdem habuissent seque et suos (egy szó hiány) habere sperarent ac eciam in futurum quouismodo In eosdem Ladislaum Joannem et Stephanum ac alios prefatos et eorum heredes vniuersos Transferentes et Transfundentes pleno Jure, Assumendo nihilominus et obligando se se Memorati Nicolaus Walkay et Gaspar personaliter, alios autem ad onera et grauamina In se assumpta prelibatos Ladislaum Joannem Stephanum Michaellem et alios prefatos ipsorumque heredes vniuersos in perhennali dominio et pacifica possessione dictarum possessionum et Jurium possessionariarum contra quoslibet legitimos Impetitores Tenere conseruare et protegere proprys Ipsorum laboribus fatigy et expensis harum nostrarum vigore et Testimonio literarum mediante. Datum feria sexta proxima post diuisionis beatorum Apostolorum domini, Anno eiusdem Milleesimo Quingentesimo Quadragesimo Quarto.

(Egykoru fogalmazat a gyulafehérvári káptalan ltárában Diversorum Comitatum Cista 2. Fascicul. 1. Nr. 23. Közli, de némi hibákkal a Csanád-egyházmegyei Adattár III. k. 300. 1.)

## 399.

1548. február 25-én.

Nos Petrus Petrowyth de Swraklyn Comes Themesiensis et Partium Regni Hungariae inferiorum generalis Capitaneus, Banusque Sebesiensis etc. memoriae commendamus tenore presencium, Significantes Quibus expedit vniuersis, Quod cum inter oppidanos de *K a r a n* ab vna, parte vero ex altera Egregium petrum de *P r y z a k a* ratione metarum prefati oppidi *K a r a n*, ac possessionis *p r y z a k a*, Annotati Petri *P r y z a k a* et fratrum suorum, Omnino in districtu de *K a r a n*ses existencium habitarum, Quedam differencia, et litis controuersia mota fuisset et suscitata, partesque ipsae, ultro citroque metas ipsas ad se pertinere assererent, ne diferentia hec per mutuum odium, vltius serperet, neque maiora dissensionis semina hinc oborirentur utque controuersia hec omnino complanaretur, et de iure transigeretur, Egregios Nicolaum de *T h e l e g d*, ac petrum de *T h y n k w a*, homines nostros, ex curia nostra specialiter ad id designatos, pro sopiendis et discuciendis diferentys prescriptis, duxeramus transmittendos, Qui tandem ad Nos reuersi, retulerunt nobis eo modo, Quomodo ipsi feria secunda proxima post festum Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum proxime transacta preteritum, ad facies prescriptorum, oppidi *K a r a n*, ac possessionis *P r y z a k a*, vicinis et commetaneis eorundem vniuersis inibi legittime conuocatis, et presentibus accessissent, vbi ex fidedignis testium testimonys possessionis *p r i z a k a* metas, a terminis oppidi *K a r a n* secundum Antiquam reambulacionem metarum eiusdem possessionis *p r y z a k a*, eo modo sequestrassent, et distinctissent, Primo Quod mete possessionis *p r y z a k a* Annotate Inchoarentur a metis Nobilium de *M w t h n o k*, *Z l a t h i n i k* vocatis, et exhinc recta versus orientem per Quendam Sylvam in lacum *Z a g w z a n* vocatum, et exinde derivarentur ad prescriptam possessionem *p r y z a k a* penes domum, *M a t t h i e H a l a z* dicti Concivis oppidi *K a r a n* preacti ac deinde per sepes terrarum extirpatarum *l a a z* vocatarum et expost tenderent ad Quendam campum patentem, *p o p e s t* vocatum, De-

inde vero per viam Regiam ad Quandam metam, e terra exstructam, et quasi per tumulum egestam et eductam, inde autem per quandam Riuulum fluvj *Themes*, Qui egrediens de ipso fluuio, iterum in eundem fluuium *Themes* refluit, Queque metae et terminj possessionis *Pryzaka* hoc modo terminarentur. In Cuius Rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras, memorato petro pryzaka, et fratribus suis duximus dandas et Concedendas, Datum in Arce *Themesiensi*, in Dominica Reminiscere. Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo octauo.

Ad mandatum Domini Comitis proprium  
Balthasar Chepfy secretarius m. p.

(Eredetije hártján a tinkovai Macskási-család ltárában (?) csonag, 884. szám. Szöveg alatt Petrovics pecsége vörös viaszban. Átirta és meg erősítette II. János király 1561. évben.)

#### 400.

1548. márczius 2-án.

Capitulum Ecclesie Orodiensis. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris. Salutem in omnium Salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, Quod nos literas serenissime domine, domine Isabelle Dei gracia Regine Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. domine nostre naturalis clementissime Introductorias et Statutorias pro parte Nobilis domine Catherine Thorsok, consortis Nobilis Nicolai annoka, de karansebes confectas et emanatas, nobisque preceptorie loquentes et directas summo cum honore vt decuit recepimus in hec verba. Isabella dei gracia regina hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Orodiensis. Salutem et gratiam. Cum nos ad supplicacionem nonnullorum fidelium nostrorum per eos pro parte Nobilis domine Catherine Thorsok consortis Nobilis Nicolai annoka de karansebes Maiestati nostre p̄rrectam, tum vero attentis, et consideratis fidelitate et fidelibus Seruicj's eiusdem Nicolai, que ipse Sacre primum (dicti) regni nostri hungarie Corone, ac defuncte olim Maiestati re-

gie, domino et marito nostro longe charissimo felicis memorie, et post obitum eius Maiestatis nobis, et Illustrissimo filio nostro, iuxta s(ue possi)bilitatis exigenciam exhibuit et impedit, Totalem possessionem, Ch z e n a vocatam in Comitatu sew districtu karansebes existentem, in cuius quieto, ac pacifico dominio idem Nicolaus a(nnoka ac domina) Catherina coniunx (igy) eius a plusculis temporibus pacifice extitissent et nunc quoque existerent, Sed per hec impacata Belicisque tumultibus, plena tempora (litere et literalia instrumenta factum huiusmodi possessionis) tangencia et concernencia, amisse sunt et deperdita simulcum iure nostro reginali, ac filij eiusdem nostri Illustrissimi, si quod in eadem possessione habere-mus, aut eadem nostram (ex quibuscunque cau)sis vŷs, modis et rationibus concerneret Maiestatem, ac pariter cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencŷs quibuslibet, earumque integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis (ad eandem possessionem de iure et ab antiquo spectantibus, ac pertinere debentibus, et premissis sic se habentibus memoratis Nicolao annoka, ac domine Chatherine Thorsok coniugi sue, ipsorum que (heredibus et posteri)tatibus vniuersis, noue nostre donacionis titulo in perpetuum dederimus, donauerimus, et contullerimus, velimusque eosdem in dominium eiusdem possessionis, per nostrum ac vestrum (homines legitime)me introducifacere, fidelitati igitur vestre presentibus firmissime mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum (quo) presente Michael siue Stephanus, aut Johannes vel Mathias Mona de Ber z a w s, alŷs absentibus homo noster ad facies prescripti possessionis Ch z e n a, in prefato districtu Karansebes existentis, (consequenterque iuris) nostri in eadem habiti, vicinisque et commetaneis eiusdem vniversis inibi legitime convocatis, et presentibus (accedendo introducat) prefatos Nicolaum annoka, ac dominam Catherinam coniugem suam in dominium eiusdem Statuatque eandem et idem eisdem, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis premissis noue nostre donacionis titulo perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem contra annotatos Nicolaum annoka, ac dominam Catherinam coniugem suam in presenciam Spectabilis ac Magnifici domini Petri

petthrowyth, comitis Themesiensis, ac parcium regni nostri Hungarie inferioris Capitanei generalis ad tricesimum secundum diem, r(acionem contradiccionis eorum reddituros.) Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem, cum contradictorum et euocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premissis Stat(ucioni intererunt nominibus, terminoque assign)ato, ut fuerit expediens, dicto domino comiti consciencieose rescribatis, Datum Albe Gywle, feria secunda proxima post festum diei Beati vincenty (martyris. Anno domini Millesimo quin)gentesimo quadragesimo octauo. Vnde nos mandatis eiusdem sue Serenitatis in omnibus obedire et satisfacere volentes vt tenemur vnacum Nobili Joanne Mona de Borza(ws homine sue Serenitatis in premissis litteris eiusdem inter) alios nominatim conscriptos, Specificato nostrum hominem videlicet honorabilem Magistrum Albertum de Soklyos custodem, fratremque et concanonicum (nostrum ad ea, que in preinsertis literis sue) Serenitatis continebantur suo modo fideliter exequenda, et debite peragenda, nostro pro testimonio transmiseramus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reuersi, nobis retulerunt concorditer eomodo, Quomodo ipsi feria quarta proxima post festum Beate Agathe virginis et martiris nouiter transacta preteritum, ad facies totalis possessionis Chzena in prefato districtu Karansebes existentem et habitam, Consequenterque Juris prefate domine Regine in eadem habiti vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis, et signanter Nobilibus Stephano, Mathia et Michaele mona de Barzawch, in ipsorum proprys, et circumspectis, ac prouidis Petro Trypson libertino de prefata Borzawch, Demetrio Gatha, in vladan, nobilis Stephani Wladan, Michaele magyar in Bozzasffalwa Gregorÿ wayda de Sebes Jobagionibus in preallegatis possessionibus commorantibus, in ipsorum scilicet antelatorum Dominorum suorum, nominibus et personis, ac alÿs quampluribus fidedignis personis inibi legittime conuocatis et presentibus accessissent, ibique idem homo sue Serenitatis prefato nostro testimonio presente, introduxisset prefatum Nicolaum annoka, ac dominam Catherinam coniugem suam in do(minium eius)dem possessionis, ac Juris Reginalis in eadem habiti Statuissetque eandem et idem, eisdem, ipsorumque he-

redibus et posteritatibus vniuersis, premissis noue donacionis (titulo perpetuo possidendam), et quamvis in facie eiusdem possessionis iuxta regni consuetudinem, legitimis diebus, et horis congruis moram protrahendo, nemo contradixerit, tamen exposit, hic co(ram nobis) in Capitulo decimoquinto die, cum ipsas literas, eidem Nicolao Annoka legitime extradare debuissimus, extunc quidam nobilis Mi(chael Irs)ay, de eadem I r s a offic(ialis de) S y d o w a r, in Egregiorum Francisci et Balthasarum literatorum, Scribarum videlicet domini comitis Themesiensis nominibus et personis huiusmodi introduccioni et Statuacioni contradiccioni velamine obuiauit, et licet memoratus Nicolaus Annoka, dictis literis Introduccionalibus cum contradiccione extractis, <sup>1)</sup> coram domino Comite Themesiensi contra memoratos Franciscum et Balthasarem propter eorum contradiccionem iure mediante processisset, eosdem in estimacione illius possessionis Ch z e n a (vocate) conuicisset, Nihilominus tamen idem Franciscus et Balthasar literati in se reuersi, nec non ordinacione et compositione certorum proborum virorum memorate contradiccioni eorum cessissent, ac eciam literas, et literalia instrumenta, quas superinde habuissent in manus dicti Nicolai Annoka pro maiori certitudine tradidissent. Incuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam literas nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigili nostri munimine roboratas eidem Nicolao annoka et domine Catherine consorti eiusdem ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis duximus concedendas; Datum per manus Venerabilis magistri Petri de Tholna lectoris et conuictonis nostri vigesimo quarto <sup>2)</sup> die diei huius Introduccionis, et Statuacionis premissarum. Anno Domini Millesimo Quingentesimo quadragesimo octauo. Presentibus ibidem honorabilibus, dominis et magistris, Stephano de M o h a c h, cantore, Alberto de S o k l y o s Custode, Andrea de M o n o z l ó, Stephano de B y l a k, Michaele de Dyos, Thoma de Zeghedino, Ceterisque fratribus et conuictonis nostris in prefata dei Ecclesia Regi sempiterno iugiter famulantibus et deuote.

<sup>1)</sup> A káptalani átiratban így áll: cum contradictis coram stb.

<sup>2)</sup> Az átiratban: vigesimo quinto die stb.

(Eredetije hártján a kolosmonostori convent Itarában, Cista Cottus Zöreniensis Nr. 7<sup>mo</sup> A pecsét zöldvörös és zöldkékkel sodrott zsinórról esüng. Az elmállott, és elkopott oklevelet átirta a kolosmonostori convent 1783-ban az erdélyi kormányzék meghagyásából.)

**401.**

1548. april 12-én.

Nos Georgius Peyka ac Gabriel Gerlysthe Castellani, Georgius Tar Judex ac Vniuersitas Nobilium districtus de Karansebes: Memorie commendamus vniuersis et singulis quod Nobilis Benedictus Zlathna contra Georgium et Gregorium Waýda nostros cognobiles, pro Juribus *Z a g u s e n* et *M a c h k a s* cum earum pertinencýs Jure mediante requirebat; quod scilicet ipsum Jure materno concernerent, sed quod ipse Jure mediante, *Ab egregýs* Georgio et Gregorio Wayda est contentatus et expeditus, Ideo nos Jure mediante decreuimus, quod Benedictus Zlathna cum suis filýs heredibus et posteritatibus a modo et vsque in sempiternum, In eisdem Bonis *Z a g u s a n* et *M a c h k a s* atque earum pertinencýs nihil Juris cause et actionis habet Imo ipsis Benedicto Zlathna cum suis filýs et heredibus perpetuum silencium Imponimus per presentes: quittos et expeditos ab omni ipsius Benedicti Zlathna et filiorum et successorum suorum Inpeticione, reddentes harum nostrarum per vigorem literarum, quas Sigillis nostris subimpressimus Datum in Karansebes feria quinta proxima post dominicam quasimodo, die videlicet sedis nostre Judiciarie Anno 1548.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan Itarában. Cista Zarrandien. Fascicul. 2. N<sup>o</sup> 28. Szöveg alatt két apró pecsét.)

**402.**

1548. april 18-án.

Petrus Petthrowytth, Comes *T h e m e s i e n s i s*, et partium Regni Hungariae Inferiorum Capitaneus generalis *B a n u s q u e S e b e s i e n s i s* etc. Circumspectis Judicibus, et vniuersitati Colonorum possessessionis *Z a a k*, fauorem. Quia nos

nobilibus Joanni Mwthnoky, francisco Mwthnoky, Michaeli farkas, farkas Jankwl, necnon domine Mwssa, relictæ quondam Blasy Mwtthnoky, et filio eiusdem dominae Joanni Mwthnoky, ac dominae relictæ, Ladislaj olim Thywadar, super illa in Thurcam Insurreccione gratiam fecimus, vobis proinde Committimus et Mandamus, Quatenus a modo deinceps ipsis exponentibus, eam obedienciam et reuerenciam prestare debeatis et teneamini, Quæ dominis terrestribus prestandæ sunt, et secus non feceritis. Datum in arce Themesiensi, feria quarta post dominicam misericordia. Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo octauo.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási család Itárában (?) csomag, 885. szám. Szöveg alatt pecsét vörös viaszban.)

### 403.

1548. julius 3-án.

Capitulum Ecclesie Orodienſis Omnibus Cristifidelibus presentibus pariter et futuris, harum noticiam habituris. Salutem in omnium Salutis largitore. Advniuersorum noticiam presencium serie volumus peruenire, Quod nos ad litteratorie petitionis instanciam, proparte Egregy Joannis de Bozwar eo quod idem ingravi lecto egritudinis decumbens personaliter ad nos venire nequiens nobis porrectam, duos exnobis, videlicet honorabiles Magistros Georgium de Posgawar, ac Laurencium de Erdey Zenthmyhal, fratres et canonicos nostros pro audienda quadam fassione sua, infra notata, nostro pro testimonio fide dignos duxeramus destinandos. Qui tandem adnos exinde reuersi nobis concorditer retulerunt eomodo. Quomodo ipsi feria quarta infesto diui Ladislai Regis et confessoris proxime preterito, ad possessionem Fagyath, Consequenterque Castellum Egregy Jacobi Bekes ibidem existens accessissent, ibique eundem Joannem Bozwarý in premissis lecto egritudinis graue incumbentem viderent, vbi idem coram dictis fratribus nostris testimonialibus personaliter constitutus, Licet corpore eger, mente tamen per omnia sanus, Matura deliberacione in se prehabita, sponte

et liberalem fecisset fassionem perpetuo duraturam, Quomodo ipse sciens, ac cognoscens se in proeecta etate constitutum et aliquos proles, sew liberos masculinos nunc non habere, nec in futurum habendos adquos Bona sua, sew iura possessionaria post decessum suum iure hereditario condescendi et reuõlui deberent. Ne autem dicta iura sua possessionaria in Manus alias deuenirent, Pro eo totales porciones suas possessionarias in possessionibus Bozwar Zerÿche Nemesest Zelÿsthÿe, Lwkaczfalw Maczas, Bortesth, Bogdanffalw, Morsÿna, Korsowa, Persaffalwa, Supanesth, Belewsffalw, pokolpatak et Farrasffalwa vocatas omnino in comitatu Themesiensi existentes habitas, simulcum cunctis earundem vtilitatibus, et pertinenciÿs quibuslibet Terris scilicet Arabilibus, cultis et incultis agris pratis Campis pascuis fenetis fenilibus Siluis nemoribus Spinetis rubetis virgultis aquis fluuÿs aquarumque decursibus piscinis piscaturis Molendinis Sagenis Lacunis gurgustis earundemque locis, Generaliter vero omnium vtilitatum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis ad easdem porciones deure et abantiquo spectantibus et pertinere debentibus Egrege domine Dorothee puelle filie sue pro Noningentis florenis auri puri, iusti et veri ponderis dedisset inscripsisset donasset et perpetuasset, imo dedit et inscripsit donauit et perpetuavit tenendas possidendas pariter et habendas, iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum heredumque perheredes et posteritates eiusdem vniuersas, tali condicione mediante, Quod siquis fratrum et Consanguineorum suorum temporum in processu, aut post decessum suum prenominatam dominam Dorotheam puellam filiam suam de preallegatis Bonis suis et iuribus possessionariÿs, iure mediante eicere aut molestare vellet quomodo, extunc non aliter, nisi prius depositis eidem supradictis Noningentis florenis, et plenarie persolutis eicere eandem possint atque valeant. In Cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas priuilegiales pendentis, et autentici Sigili nostri muninime roboratas eidem duxerimus concedendas: Datum vacante officio lectoratus per Manus magistri Andree de Monozlo fratris et concanonici nostri, feria tertia inter Octauas Visitacionis marie virginis, Anno domini

Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Octauo: Presentibus ibidem honorabilibus dominis et Magistris Stephano de Mohach Cantore, Urbano de Bachÿa Custode, Dicto Andrea de Monozlo, Stephano de Bylak, Michaele de Dÿos, Thoma de Zeghedino: Ceterisque fratribus, et concanonicis nostris in prefata dei ecclesia, Regi sempiterno iugiter famulantibus et deuote.

(Eredetieje hártján az örményesi báró Fiáth család levéltárában: fekete-vörös-zöld selyemről csüngő káptalani pecséttel, mely nem a szokásos monyorú, hanem ennél sokkal nagyobb kerék alakú, a mennyire kivehető Christus kereszteltetését a Jordánban ábrázolja.)

#### 404.

1548. július 5-én.

Capitulum Ecclesie Orodienſis, Omnibus Chriſti fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum mundi labilis condicio sit caduca, et geste rei memoria, propter vitam breuem hominum caliginem obliuionis obfuscata nequeat in eum perdurare, prouida mentis humane sollicitudo ad inuenit, vt ea que in tempore geruntur, ne simulcum eodem elabantur, sed literarum patrocinio fulciantur, atque solidentur: Proinde aduuiersorum noticiam, harum serie volumus peruenire, quod Nos literas Serenissime domine domine Isabelle dei gracia Regine Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Domine nostre clementissime; Introductorias pariter et Statutorias, pro parte Spectabilis et Magnifici domini Petri petrowÿth, Comit̄is Themesiensis, ac parcium Regni Hungarie inferiorum Capitanei generalis etc. confectas et emanatas. Nobisque preceptorie sonantes et directas, summacum reuerencia recepimus hunc tenorem continentes: Isabella dei gracia, Regina Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris, Capitulo Ecclesie Orodienſis Salutem et gratiam; Quod nos, debitum (vt decet) habentes respectum ad preclaram fidem, ac gratissima, cumulataque merita, fidelis nostris Spectabilis ac Magnifici domini Petri petthrowÿth Comit̄is Themesiensis, ac parcium Regni nostri Hungarie inferiorum Capitanei generalis etc. que ipse Sacre

primum huius Regni nostri Hungarie Corone, ac Serenissimo quondam principi, domino Joanni Regi Hungarie, Domino et Marito nostro longe charissimo, felicis memorie, et post obitum eius Maiestatis, Nobis, ac Illustrissimo filio nostro, in tanta temporum varietate constanter, et animose exhibuit et impendit, deceteroque exhibere et impendere conatur; Totales porciones Castri Chÿalÿa nuncupati duas; Et item totales porciones possessionarias in possessionibus vtraque Chÿalÿja, Peel, et Zarchahaza, ac Kowazy, Panad, Chersfalwa, Gyarak, Kewy, Kerezthwr, ac Dezk, Nempe vniuersas pertinencias, dictarum porcionum Castri Chÿalÿa in Orodienti; Denique totales porciones in pertinencijs possessionis Thergowysthya, in Themesiensi, ac porciones Castri Sydowarbinas; et totales porciones in possessionibus Nadrag, ac Zÿdimÿr in Zewreniensi Comitatus existentibus habitas, que quidem porciones Egregiorum Francisci harazthy, ac Francisci chorba de Borsa prefuisent, Sed ex eo quod idem Franciscus harazthy immemor fidei, et fidelitatis sue, qua defuncte ipsi Maiestati Regie fuerat ascriptus, falsarum Monetarum cussione attentare, eamque exercere non est veritus; Alter vero quondam Franciscus chorba, absque heredum Masculi sexus solacio decessisse perhibetur, ad Sacram dicti Regni nostri Hungarie Coronam, Collacionemque nostram, ac eiusdem filÿ nostri charissimi, vniuersa eorundem Bona, et iura possessionaria preacta, rite et legitime deuolute sunt et redacta. Simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, ac pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis ad easdem porciones possessionarias Castrorumque deiure et ab antiquo spectantibus, ac pertinere debentibus, et premissis sic vt preferatur, stantibus et se habentibus memorato Petro petthrowÿth, Comiti, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, per easdem, notam, et defectionem sexus masculini, per quas eadem Maiestas defuncta, eidem vigore literarum suarum dedisse et donasse dinoscitur, dederimus donauerimus ac in perpetuum contulerimus, velimusque eundem in dominium eorundem Bonorum ac iurium possessionariarum, per nostrum et vestrum homines legitime introducifacere; Fidelitati igitur vestre, harum serie firmiter

mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, Quo presente Esaias Judex nobilium Comitatus Themesiensis, vel Joannes Rawazdy de Feeleghaz, aut Joannes, siue Stephanus Zekelzeghy de Thoty, sew Michael Wayda, de Thewes, Neue Gregorius Bethlen, de Bethlemes, an Ladislaus Berkes <sup>1)</sup> de Kornyth, Ne Stephanus Was de Kaka, ve Joannes Besan de Ohaba, Ni Nicolaus Kerey de eadem, Nisi Gregorius, Nam Georgius Wayda de Karanesebes, Nisisi Joannes enim Stephanus ettenim Michael Mona de Barczhoz, Neque Franciscus Gwlyä de Krÿwim, licet Stephanus de Thynkowa, aut Petrus Machkassy de Thynkowa, siue Franciscus Wngar de Kerchowa, alÿs absentibus homo noster ad facies prescriptarum porcionum duarum Castri Chÿalÿa, item possessionariarum porcionum, in possessionibus utraque Chÿalÿa in Orodiansi; Denique totalium porcionum in pertinencÿs possessionis Thergowÿsthÿa in Themesiensi, ac porcionum Castri Sÿdowar binarum, et totalium porcionum in possessionibus Nadrag, ac Zÿdimÿr in Zewreniensi Comitatibus existentibus habitarum, ad facies videlicet vniuersorum Bonorum ac Jurium possessionariarum, dictorum utriusque Francisci pretactorum, vicinis et commetaneis earundem uniuersis inibi legitime conuocatis, et presentibus accedendo, introducat prefatum Petrum petthrowÿth in dominium earundem Statuatque easdem eidem, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, premissis iure ipsi incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint euocet eosdem contra annotatum Petrum petthrowÿth Comitem, ad tricesimum secundum diem, in presenciam nostram, rationem contradictionis eorundem reddituros: Et post hec huiusmodi Introductionis et Statucionis seriem, cum contradictorum, et euocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premissis Statuconi intererunt, Nominibus, terminoque assignato, vt fuerit expedienda, nobis fideliter, et conscienciose rescribatis, Datum in oppido nostro Thorda Sabbato proximo, ante festum diem Beati Barnabe apostoli. Anno domini Millesimo Quingentesimo

<sup>1)</sup> Így: Beekes helyett.

Quadragesimo octauo: Vnde nos mandatis prefate reginalis Maiestatis semper et in omnibus obedire volentes vt tenemur, unacum Nobilibus Joanne Zekelzeghÿ de Thothÿ, Stephano Was de K a k a, et Francisco gwlỹa de K r ŷ w i m hominibus eiusdem Reginalis maiestatis in dictis literis inter alios nominatim conscriptos, Specificatis nostrum hominem videlicet magistrum Emericum de N a g h d e c h, Socium et concanonicum nostrum, adpremissa suo modo fideliter exequenda nostro pro testimonio transmiseramus fidedignum, Qui tandem ad nos exinde reuersi, nobis retulerunt eomodo, Quomodo idem Joannes Zekelzegy feria quarta proxima ante festum Beati Joannis Baptiste nouiter transactum, primum ad facies prescriptarum porcionum duarum C a s t r i C h ŷ a l ŷ a, item possessionariarum porcionum in possessionibus v t r a q u e C h ŷ a l ŷ a pertinencÿsque eorundem in Orodienti, Tandem memoratus Stephanus Was de K a k a, dominico die in festo Beati Joannis Baptiste, proxime preterito adtotales porciones in pertinencÿs possessionis T h e r g o ŷ y s t h ŷ a in Themesiensi, Demum preallegatus Franciscus gwlỹa, feria tertia in profesto Beati Ladislai regis et confessoris, ad porciones C a s t r i S ŷ d o w a r Binas, et totalium porcionum in possessionibus N a d r a g et Z ŷ d i m ŷ r in Zewreniensi comitatibus existentibus habitorum ad facies videlicet vniuersorum Bonorum, ac Jurium possessionariarum pertinenciarumque eorundem dictorum vtriusque Francisci pretactorum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis, et signanter Nobilibus Esaia de Papy, Judici Nobilium eiusdem Comitatus Orodientis, et Chwkathodor de eadem, Mathia Zokoly de D e z k, Vito Horwath de Chŷalŷa, item Michaele Wayda de T h e w s, Simone Z t h a n y c h a, de eadem, Gabriele Deesy de W e l c h e Joanne fodor de eadem W e l c h e, Vito Nemes de N e m e t h ŷ Tandem Stephano Mona de B o r z o w s Michaele Ir-say officiale in eadem S y d o w a r constituto, Mathia Mona de eadem B o r z o w s, Joanne Swlỹa <sup>1)</sup> de dicta K r y w y n a (igy) Francisco hungar de K l ŷ u c h o w a, Nicolao Balko de eadem et Petro Machkassÿ de T h ŷ n k o w a, in ipsorum proprÿs, item prouidis et circumspectis, Sebastiano Nagh, de Aroky,

---

<sup>1)</sup> (Fenebb többször Gwlỹa.)

Bartholomeo nagh et Stephano similiter nagh de eadem Aroky, et quodam Petro de Kowazy, Egregy Balthassaris patthochy, Georgio olah de dicta Aroky Judice, in Egregy Casparis maghochy, Elia Kwthffe de Dezk Judice in Nobilis Gregori Chyalayay, Tandem Nicolao Ilya gyana Judice in Egregy Nicolai annoka, Filipino Zthengh alio nomine Balogh vocato de Borzows Judice in Egregy Joannis mathee, Demum Nicolao Zthanimyrowyth de Zaraffalva officiali magnifici Francisci patthochy in eadem Thergowysthy constituto, Ztheyko Dygh, Janko iloma in Egregy Stephani Zabo, Lazyth Saya Judice in Egregy Nicolai chrepowyth, Joanne albo, altero Joanne gyawryka, et Wolffgango Kenezyo de Kertwelles in Egregy Balthassaris patthochy Jobagionibus in preallegatis possessionibus commorantibus in ipsorum antelatorum dominorum scilicet ipsorum nominibus et personis et alys quam pluribus inibi legitime vocatis, et presentibus, accessissent, ibique memorati homines Reginalis maiestatis dicto nostro testimonio semper presente introduxissent prefatum Magnificum Petrum pettrowyth in dominium earundem Statuissentque easdem eidem, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, premissio iure ipsi incumbenti perpetuo possidendas, infacieque earundem, ac tandem nostri inpresencia legitimis diebus et horis congruis iuxta regni consuetudinem commorando, nullo penitus contradictore apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam literas nostras priuilegiales concedendas et auttentici Sigili nostri munimine roboratas, saluis nostris, et Ecclesie nostre annotata iuribus in eisdem permanendo eidem duximus concedendas. Datum vacante officio lectoratus per manus Magistri Andre de Monozlo fratris et canonici nostri Sedecimo die diei huiusmodi introductionis et Statucionis premissarum, Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo octauo, presentibus ibidem honorabilibus dominis et magistris Stephano de Mohach Cantore Urbano de Bachia Custode, memorato Andrea de Monozlo Stephano de Bylak, michaele de Dyos, Thoma de Zeghedino, Ceterisque fratribus et concanonicis nostris in prefata dei Ecclesia regi sempiterno iugiter famulatibus et deuote.

(Erdetije hártján a gyulafehérvári káptalan ltárában, Diversorum Comitatum Cista 2. fascicul 3. Nr. 46. Közli, Orthmayr: Történelmi Adattár III. 1873 év 302 lap. több hibával.)

#### 405.

1550. január 10-én.

Nos Conuentus Ecclesie Sancti Benedicti de iuxta Gron memorie commendamus per praesentes Quod Egregius Sandrinus de Nagy Mihály in sua, et Gabrielis de eadem Nagy Mihály fratris sui in personis nostram personaliter veniendo in presenciam, per modum protestacionis et Inhibicionis nobis significare curauit in hunc modum, Quomodo ipse Inhibens, dictusque Gabriel, nedum Serenissimum principem dominum Ferdinandum Hungarie et Bohemie etc. Regem, dominum nostrum clementissimum a donacione et consensus sui Regy, uniuersorum bonorum, oppidorum, possessionumque et porcionum, iuriumque possessionariarum videlicet Nagylak, cum pertinencys Palatha, Mezewhegyes, Rethkerth, Tamásháza, Révész simul cum predys ad easdem spectantibus, Item Dereg-egyhas, Achya et Fighed vocatis in Chynadiensi, item Zenth Gergh, Achy, Kerepcze, iuxta fluvium Borza, cum tributis in eadem szent Gergh exigi consueto, et Castello ibidem habito nec non Podversa, Dupocz, Vaath, item Kywles, Raro, Zygheth, Kysded, Belzegh; Item Sythe, Serech, Igricy ac aliarum duarum villarum iuxta fluvium Igon, Item Vasarhely, Jaam, et Rusocz appellatarum etiam quarumlibet possessionum atque villarum iuxta fluvios Crasso et Withelnýk vocatarum, de eodem Crasso, item Felsew-et Also Igazo nuncupatarum cum pertinencys earundem in Themesiensi Comitatus adiacencium, verum eciam quelibet loca Capitularia et Conuentualia, et alia quoque queuis credibilia a quarumlibet literarum ipsorum, sub quacunque forma verborum superinde extradacione et emanari faccione, quomodolibet iam factis vel fiendis, et alios quoslibet, et signanter Reuerendissimum et Magnificm dominos fratrem Georgium Thesaurarium, et Petrum Petrowich de Petrowyna ab Impetracione, et se se statui faccione, usu-

que fructuum et prouentuum percepcione et percipi faccione huismodi Bonorum et Jurium possessionariorum supradecratorum eorundem Protestancium, Idem Protestans nominibus et personis, quorum supra, prohibuit contradicendo, et contradixit prohibendo publice et manifeste coram nobis Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria sexta proxima post festum Epiphanie Domini Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo.

(A garam szent benedeki Convent 1795. évi átiratából. A gróf Zay cs. ltárában.)

#### 406.

1550. december 31-én.

Nos Benedictus Worgÿtth iudex de oppido krasso, Necnon Andreas Dmitrowÿtth, Petrus olbÿtthh, Stephanus miklossewit, Petrus filius mÿc, franciscus Paulowÿth, Lazarus dragul, et georgius olah, etc. delecte et segregate persone dicti oppidi krasso: necnon vniuersitas inhabitatorum, eiusdem, a maximo usque ad minimum: recognoscimus serie presentium vniuersis et singulis presentibus et futuris Quibus in Cumbit, Quod nos quam presentes tam futuri, iudex, atque vniuersi populi oppidi nostri krasso, obligamus nosmet ipsos, prudentes et circumspectos iudices iuratosque cives item Senatores et omnes populos ciuitatis regie karansebes atque pertinentiarum Illius, Quam modernos Tam futuros, Contra quoslibet aduersarios uel hostes impedimento et molestatione iuxta possibilitatis nostre exigentiam, in omnibus Tuere, protegere, et auxiliÿ nostri habundantem opem ferre, Quam personis Tamque rebus et bonis eorundem, in nullisque persecutionibus eorum, eosdem destituere, ita Tamen quod et ydem nobis similiter, Quam presentes Tam futuri in omnibus necessitatibus nostris uel vnde accedentibus iuxta possibilitates ipsorum sint et fiant obligati: Tuere defendere, et auxilium ipsorum prestare, Quam personis Tam rebus et bonis eorundem: ut fuit alias quoque constitutio inter nos Tempore videlicet antiquo: modo Tamen nouam et inrefrangibilem pacem Componimus: in Cuius Rei memoriam literas

nostras presentes Sigillys nostris Compressas et obsignatas pro firmitate Eterna duximus Dandas: in oppido krasso in festo Siluestri Pape, anno Domini millesimo Quingentesimo quinquagesimo.

(Eredetije papiron, zöld viaszba nyomott, de nagy részt letöredezett hat kis pecséttel a Tinkovai *Macskási-család levéltárában Kolozsvár*tt. Fasc. 20. Nro 660.)

#### 407.

1551. január 27-én.

Zolgalatomat ayalom kegielmednek mýnt býzot vramnak es tarsomnak te Kegmed ýrt vala ennekem ez el mwlt napokba hogý ha myt ertenýk maýlat vram felewl meg yelenteným kegnek . . . . . býzonýara Kywanam ha te kegnek maýlat vramfelewl ýob hýrt ýrhatnýk de az mý vagýon azt kel ýrnom az vrýsten meg elýgleteh ez fewldewn való nyomorw ýletýt es az ewrewk ýletre výte mert hýzem hogy nem azýrt eýtete volt az vrýsten zegýnt ez penýtencianak helýre hogý el vezen hanem hogý ewrewke ýlyen az ewreke valo ýletben azýrt ýo wram es ýo tarsom nem kel te kegnek feletýs keseregný az ew halalan mert mýndnýaýan hýhetýwk ezt hogý az ýstenek vagýon howa nekwkýs (így) ýgekeznwk kel.

Towaba výsagot ezt ýrhatom kegnek hogý zent fabýan sebestýen napýara hýrdetet vala gýwlyst frater gewrgý varada mýnd erdelýeknek es magýar orzagýaknak kýre rýaýs gýwtek volt enýs hocýatam vala egy embert ký ot halgasson frater gewrgý ez el mwlt cýeter teken bement volt az orzag kewzýbe es meg mondota nekýk hogý az vezedelem raytok vagýon es hogýsem ew sem kýralne azoný nen elýg az oltalmazasra ýntete arra vket hogý teýedelmet es vrat keressenek ký meg maradassokra gondot twgýon výsselný mert ha mýndnýaýan petrwytal tewrewke akarnak lenýs ew egýdwl soha tewrewkel nem akarýa tartaný hanem mýnt kereztyen emberhez ýlyk ahoz akarýa magat tartaný.

ha penyg az orzagýs kereztyenwl akarnak magokra es meg-

maradassokra gondolnÿ ewÿs kÿz velek mÿnd ÿlnÿ es mÿndenbe velek lenÿ ez zokat az en emberem fÿlÿvel hallota. petroÿt most ewzwe vezet az sebesÿek el es l w g a s ÿ a k a l az sebesÿek akarnanak megmaradnÿ az ew zabadsagokba petroÿt penÿg aba akarÿa haborgatnÿ most az sebesÿek l w g a s s ÿ a k mÿnd fel tamatak petroÿtÿs kÿzwl ha kyral ÿdeÿn ez orzagra gondot kÿwalt kÿpen nem vÿsel ez ÿewew nÿaron oda lÿzen erdel az vtan az tewbÿs en meg ÿrtam az kÿralnak ÿsten tarcÿa meg k. mÿnd azonÿomal egÿetembe sok ÿdeÿg.

ez lewel bathorbol kewlt b o d o g a z o n e l e w l k e d e n enÿ eztendewbe 1551.

Andreas de bator  
manu propria.

tars nem tudom habozwt akarz raÿtam allanÿ de Kegmed sem foga gÿakran ÿrnÿ.

(*Kivÿl*: Spectabili ac Magnifico domino Thome. de Nadasd Comiti perpetuo terre fogaras, ac Judicici Curie Regie Maiestatis etc. domino Amico et college, obseruandissimo.)

(MÁS helyen, más irással: Reddite 12. febr. ante meridiem circiter horam 10. inter Kam et Ozko dum iam ex Kanÿsa Komaromium tenderem.)

(Eredetije a budai kam. Itárban, Acta Publica fasc. 6. Nr. 30. Zárlatán pecsét nyoma.)

## 408.

1551. május 7-én.

Isabella Dei gracia Regina Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod nos cum ad supplicacionem certorum fidelium nostrorum nostre propterea (factam) Maiestati, Tum vero attentis et consideratis fide et fidelitate fidelibusque seruicÿs fidelium nostrorum Egregiorum Nobilium Valachorum, ac tocius Vniuersitatis O p p i d i L u g a s, que ipsi Sacre imprimis Regni nostri Hungarie Corone, deinde vero Serenissime Maiestati Regie, ac nobis filioque nostro Illustrissimo pro loco-

rum et temporum varietate constanter exhibuerunt et in posterum exhibere et impendere contendunt. Eisdem igitur ipsorumque heredibus et posteritatibus Vniuersis hec Armorum insignia, videlicet *L u p u m* medium Corone insidentem, Que in principio seu Capite presencium literarum nostrarum suis appropriatis coloribus arte pictoria depicta sunt, Animo deliberrato, et ex specialis gracie nostre plenitudine concedimus, et presentibus elargimur, ut ipsi dictique vniuersi heredes et posteritates ipsorum pretacta Armorum insignia more aliorum armis utencium, a modo in posterum ubique in prelyš, hastiludys, torneamentis, duellis, ac alys omnibus exercicyš Nobilitaribus et militaribus, nec non sigillis, velis, cortinis, annulis et domibus in quarumlibet rerum et expedicionum generibus gestare, omnibusque et singulis gracys, honoribus et libertatibus quibus subditi Regni nostri similis condicionis armis utencium quomodolibet consuetudine vel de iure fruuntur et gaudent, frui et gaudere possint atque valeant, vt in ipsis et heredibus ac posteritatibus ipsorum predictis, nostri nominis memoria et gracia maneat perenniter. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras sigillo nostro, quo vt Regina Hungarie vtimur munitas eisdem duximus concedendas. Date in Ciuitate nostra Alba Julia in festo Ascensionis Domini, Anno eiusdem Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

(Báthory Gábor 1609. évi átiratából, a Macskási család levéltárában. Közli néhány szó kihagyásával Maniu Basil is: *Disertatiune Istorica Critica si literara tractanda despre origine Romaniloru din Dacia Trajana.* 542. 543. lap.)

## 409.

1551. május 24-én.

Spectabiles et magnifici domini, Amici nobis observandissimi Salutem et Serviciorum Commendacionem, prioribus literis scripseramus dominacionibus vestris S. et M. Comitum Themesiensem, duodecim fere Milibus hominum versus hoc Regnum Transilvaniae movisse, Ita quidem Erat prout domi-

nacionibus vestris S. et M. scripseramus, venerat enim vsque ad Lugasienses, qui metu perterriti ad eum defecerunt, Judex Sebesiensis et Communis plebs facta dissensione similiter ad eum Inclinata fuerat, quibus tamen primores ac precipue persone Non Consensere, Credimusque eos constantes futuros, Nam nunc quoque tres Cives pociores ad Nos miserunt, et omnem fidelitatem Maiestati Regie promittunt. Auditum igitur aduentum Comitis festinabamus huc descendere, dominaciones quoque vestras S. et M. Ideo potissimum sollicitabamus, sciebamus enim vt si intrare potuisset Ex Aduentu illius In istis partibus Inferioribus Multorum animi debilitati fuissent, presertim cum duo quoque Castella domini Joannis Therek M o n o s t h o r e t M o r s i n a per Eos expugnata sit, quorum alterum demoliri fecit, Auditum igitur adventu nostro, Comes ipse cum omnibus Copys suis Retrocessit, Commiseramus enim antea Castellanis Chanadiensibus vt si Rasciani mouerint se statim a tergo illis Insistat, et omnia que potest agere debeat, quod illos fecisse audimus, exindeque Comes ipse Cum Rascianis Redire coactus est, Nescimus tamen, vtrum Iam in partibus illis exterius aliquid agere tentabit, Rumor est quidem Chanadinum obsidere velle, quod si tentare voluerit, Neque illic libere omnia faciet. Nam Nos quoque dominum Joannem Therek, et Palatycz Cum aliqua parte Copiarum, ad partes illas missurimus, ut Coniunctis cum Sebesiens. viribus si necesse fuerit, Chanadino suppicias ferant. Nos Jam hic ex dei auxilio Negocia suscepta fere confecisse videmur, Restat tantum de Illustrissimo Regis filio et Reginali Maiestate tractare, pociores enim persone huius Regni fere omnes nobiscum sunt, et qui nondum venerunt illos quoque quotidie expectamus, dominaciones igitur vestre S. et M. prout Jam voluerint Cum Copys Regie Maiestatis veniant, Jam enim Nullum timorem habemus. Nos interim de victualibus providebimus, licet modo magna vbi que caritas sit annone et presertim de pabulis equorum difficiliter providere possumus, vbi cunque tamen in hoc Regno fuerint conquirere, et ad Castra dom. vestrarum S. et Magn. deferenda curabimus. Dominaciones vestras Rogamus, vt literas nostras presentibus annexas Matti Regie d. Nostro C. statim conferendas curent, dominaciones vestras S. et M. Bene

valere optamus, Datum ex Castris ad Albam positis, In festo die Sancte Trinitatis, Anno domini 1551.

Vestrarum S. et M. dom.

dedictissimus

Frater Georgius Episcopus  
Waradiensis.

(*Cum* : Spectabilibus et Magnificis dominis Thome de Nadasd, Sigmundo Herberstein, et Andree de Bathor Commissarij S. Regie Matris etc. dominis et amicis observandissimis.)

Presentatae Margita 28. May Anno 1551.

(Eredetije papiron a bécsi cs. titkos ltárban.)

#### 410.

1551. september 6-án.

Illustrissime domine dne et patrone mihi observandissime, Seruiciorum meorum paratissimam commendacionem. Notum facio d. vestre Ill. quod mutuo consilio cum magnifico dno Castrorum magistro deliberato, Magcum dominum Nicolaum de Bathor, cum Quingentis Equitibus ad partes Castrum Bechkercke Nudiustercius expedieramus, ex ratione ne Thurci quandoque particulatim ad nostras partes excurrere presumant. Colonom eciam animi Illarum parcium ut magis confortentur. Eodem die Idem quoque Dominus Castrorum Magister ad Revisenda Castra Beche et Bechkercke profectus fuerat, vt perlustratis vniuersis Castrorum Necessitatibus inde rediens, omnia Negocia eorum d. vre Ill<sup>me</sup> clarius et suo modo perscribi possint, Qui hesterna die rediere, et quo pacto Castra prefata do. sua Mageca reuiderit, ac que eciam Nova Interim superuenerit, Ille do. vre sua Magificencia omnia satis aperte et constanter perscripsit, Que nobis hic facere oporteat nichil negligimus, sed gentes vndique congregamus, Scripsimus ad Magcum dominum Franciscum Pathochy, et omnes Comitatus, Misimus eciam specialem hominem ad Ciuitates Karansebes et Lwgas, quibus nomine et in persona sue M<sup>ts</sup> strictissime mandavimus, vt sine dilacione Aliquali assumptis vniuersis eorundem colonis, viritim Armis bene

instructi Insurgere et pro Regie M<sup>ti</sup> prestita fidelitate in patrie defensionem huc confluere velint, et debeat, quos in Castra condescendi faciemus, Rasciani soluti erunt insimul hodierna die ex Mandato nostro hic comparebunt Reliquos eciam Insolutos Rascianos cicius assumemus, et Illos omnes in Castris sistemus, interim et Spect<sup>lis</sup> M<sup>geus</sup> dominus andreas de Bathor etiam aderit, proinde do. Vra. Ill. quicquid optimum est, Maturo tempore facere velit. Res enim moram non patitur, perscripseram superioribus diebus do. vestre Ill. quod Michael Somlyay in oppido Wanya templum fortificare incepisset, quod quidem fortificarat, vbi seruitores ipsius se recluserant, et non mediocrem inter oppidanos Tyrannidem exercebat, Inter eosdem colonos, erat quidam Seruitor meus, cum quo Coloni templum Inuadunt et expugnant, Nonnulli ex Colonis vlnuerati, alij occisi extitere, Seruitores tamen ipsius Somlyay a templo sine Impedimento dimisere, et officialem eius prefatus Seruitor meus, ab impetu colonorum in eum Irruencium liberum facit, admonetque illum, velit esse Immunis ab omni rixa, ne a colonis alioqui in eum sevientibus vlnvs aut mortem subeat, qui hisce admonicionibus non aquiescens, exorsus est colonis multos Imponere minas, et futurum Illis periculum predicere, qui exclamantes in eum Irruerunt, atque Ibidem occiderunt, haud diffido, quin (dom. R<sup>us</sup> et sr. dominus), Reverendissimus hanc rem longe seuerius dominacioni vestre Ill. declaret, Certa tamen sit do. vestra Ill. eciam si per proprium. hominem suum reuideri voluerit, secus quid, vt premisi, Ill. do. vra. non experietur, Quare dominacioni vestre Ill. eciam atque eciam supplico, dignetur cum eodem domino Reverendissimo tractare ac diffinire, vt iam tandem oppidum Illud Juxta continenciam preceptoriarum Regie M<sup>tis</sup> mihi restituantur, ne plures contumelias sufferre cogar, Video enim nichil ad Regni defensionem conducere, neque conclusionibus dominacionum vestrarum ipsius Restitucionem obesse, quod si euenire cerne-rem, vtique hoc presenti tempore ab eius Recuperacione Immunis esse paratus essem. Quemadmodum Rasciani plusquam sexingentos meos colonos hereditarios possident, pro quibus nunc restituifaciendis M<sup>tem</sup> Regiam nec do. vram Ill. offendere volo, scio enim aperte, quod tam defensionem Terre huius

quam Transaccionibus dominacionum vestrarum, cum eisdem firmatis plurimum obsesset, et si videam Illis in eternum priuari debere, ob has prefatas rationes pro eis non Intercedam, nisi tempore opportuno superveniente.

Ceterum scripseram nuper dominacioni vre Ill. quod ad Literas eiusdem quibus Ill. do. vra de priuato meo negocio Scripserat, per Tabellionem occurrentem responderem, de eodem negocio M<sup>tas</sup> quoque Regia ad me scripsit, Intellego tamen ista ex speciali, do. vre Ill. apud eius M<sup>tem</sup> promocione et singulari suo erga me fauore, quo prosequitur euenisse, quod do. vre Ill. perpetuo reseruare contendam. Sua M<sup>tas</sup> Sacra ad assumendum hoc officium cum Collega, Magnifico domino Georgio Seredy, admonet, quemadmodum et do. vra Ill. mihi perscripserat, Quamuis me existimabam, post Suam M<sup>tem</sup> S. ipsum dominum Seredy precelisse, Maiorique in statu haberi, constat namque toti Regno me et Nacione esse maiorem, et dominium post eius M<sup>tem</sup> S. maius habere quam dominus Seredy habeat, et vt ingenue fatear mihi non omnino placet, Sed quoniam vnum hoc me movet, quod Sue M<sup>tati</sup> S. semper ab Ineunte etate mea obedienter ac fideliter inseruiverim, neque in Sue M<sup>tis</sup> negocys vllas mutaciones rerum facere solitus sum, verum et deinceps sue M<sup>ti</sup> S. fideliter inseruire et sub eius M<sup>tis</sup> fidelitate mortem subire decrevi.

Alterum me movit quod do. vram Ill. singularem patronum meum delegi, studebo vt omnis do. vre Ill. promocio apud suam M<sup>tem</sup> S. de me facta, Illesa ac firma, per me maneant, ne quid sua M<sup>tas</sup> Sacr. conqueri de me possit, quo minus, commendacioni do. vre Ill. satisfecerim. Itaque me totum consilio do. vre Ill. submitto, quam obsecro, dignetur qualitatem tam Condicionis et persone mee, quam eciam ipsius dni Seredy discernere, confido autem in do. vra Ill. quod diminucionem persone mee diffugere dignabitur, maximum tamen necessarium est, vt omnia bono ac firmo ordine componantur ne In negocys ac seruicys sue M<sup>tis</sup> S. suo tempore defectus paciatur, quicquid Ill. do. vra mihi consuluerit, eius consilio et mandato uti domini et patris mei confidentissime obtemperare atque acquiescere paratissimum me offero, sed vt Intellego quas practicas dnus Rev<sup>mus</sup> de Gubernacione huius terre habeat, quas

Ill. do. vra ex Literis dni Castrorum Magistri clarissime cognoscet, ne forte alius Inuenietur modus, Ego vero quocunq; in Statu meliori fuero, id totum ex gratuita do. vre Ill. in me liberalitate obseruo, quod sempiternae Seruitutis meae officijs apud Ill. do. vram promereri studebo.

Preterea, dum essemus L y p p e, Solutor hic existens, nunciauerat mihi, vt In lustracione meos equites priores ad Equites 300. supplerem, haberet enim in commissis ad totidem mihi solui debere. In ea Lustracione Lyppensi deficiebam Equitibus 18. posteaquam tamen hic sumus, longe plures quam 300 alui et aleo, bonis apparatus instructos, et Idem solutor ad eosdem 300 Equites pro vno mense solutionem prestitit, Dixit tamen postea a Mgro Lustracionum mandatum accepisse, ne ad plures quam ducentum Equites soluere debeat, Ego vero non sine Magna summa pecuniaria illos alui, propterea do. vram Ill. rogo, ne numerum 300 equitum diminui sinat, sed prout semel constanter assecuratus sum, ita solutio ad eosdem prestari debeat, Seruet altissimus dnus Deus do. vram Ill. semper felicissimam. Ex Arce T h e m e s i e n s i Sexta die Septembris 1551.

V. J. D.

dedictissimus seruator  
Stephanus Losoncÿ. 1)

(Eredetije a bécsi cs. titkos ltárban.)

#### 411.

1551. deczember 19-én.

Illustrissime domine domine et Tanquam pater obseruandissimo, Seruiciorum meorum paratissimam exhibicionem, de Intencione, quam versus Bechkereky concluderamus, superseedere licuit, quia gentes Sebesienses, quibus scripseram nullo pacto venire voluerunt, et in alijs suspicio erat an veniant, practicam quam cum oppidanis de Bechkereky moueramus,

1) A levél Castaldonak szól.

quod magis pro nobis quam contra nos esse velint, Thurci erga quoscunque suspiciones habuerunt, Alios occiderunt, alios vero in perpetuam seruitutem abduxerunt, oppidum Maxima in Custodia tenent, Sed et deinceps tractare non cessamus In quibus habemus Bonam spem.

Nobilibus Hungaris pariter et Rascianis pro feria tertia proxime preterita conuentum Indixeram, cum Illis igitur de omnibus negocijs bono modo conuentum est, obtulerunt sese, tam ad victualium suppeditacionem, quam ad frugum vecturam Currus dare, ego vniuersas fruges in hanc arcem conduci Jussu (így) pro necessitate Mt<sup>is</sup> Regie, possunt hinc eciam facile eo, quo necessarium fit eas distribuere, Nicolaum Cherepowyth earum administratorem, Centum equitibus sibi adiunctis, vt celerius quo fieri potest administret, expediuiumus, vnam possessionem desertam pro mea propria necessitate, et ad Castelli Fellak conseruacionem Restauracionemque occupauí, quod do. vre. Ill<sup>me</sup> significare volui.

Bona Rascianorum que apud me hebantur (így) et Avitica, vniuersa restitui, licet satis animo graui meas hereditates Illis tradere debui, prout tamen me do. vra. Ill. Monuerat, ita facere volui. Ad Illos eciam qui plura eorum bona occupaauerant scripsi, vt eis remittere teneantur, verum et ad Rev<sup>mi</sup> dni. Thesaurarÿ rationem per officiales, Arcis Naghlak ac eciam per Mag<sup>um</sup> dnm Melchiorem Balassa, aliqua eorum bona sunt occupata.

Scio dominum Thesaurarium, do. vre. Ill. ita exposuisse, quod ego de taxa quam in hÿs pertinentÿs propter plurimas meas necessitates Imposueram, maximam summam habuerim, quantam tamen habuerim d. v. Ill. ex hoc Regesta facile cognoscet, et propterea In presenti conuentu dominorum Nobilium modo premissis hic celebrato, Illis proposueram, Quodsi maximam in ea re difficultatem habent, paratus sum Illis ex propria bursa resolvere, qui mihi vnanimiter pro meis seruicÿs ac fatigys beniuole condonauerunt.

Seruitores M<sup>gci</sup> dm. petri petrowÿth, ad me venerant, vt tres possessiones, a p o r, M y n d z e n t h et N a g h f f a l w de meis manibus ad Chalya remitterem, rogabant, Eas

tamen ad hanc arcem Themesiensem pertinuisse Intelligo, sed cum dnus Petrowÿth, tam hic quam in chalya gubernauit, facile potuit eas ad Chalya, suam Arcem occupare et possidere, bona igitur ad hanc arcem pertinentia, non deberent hinc abalienari.

Ceterum Significo Ill. do. vre. quod iam hic ego non tardabo, sed pro negocÿs meis ad Mtem Regiam festinabo, vt cicÿus in eis deliberacionem accipiam, Itaque quemadmodum et antea ita nunc quoque do. vram. Ill. rogo velit sue Mti pro mea parte ex suo solito erga me fauore scribere, quo sua Mtas me ac mea seruicia clementi animo acceptare digneatur, Duos Serruitores meos speciales Egregios Benedictum Kosar, ac franciscum Dely, cum bona instructione, hic relinquam, qui sine defectu, Omnium rerum bonam prouisionem facere sunt expertes, Dum igitur aliquid interest, do. vra. Ill. Illis Jubere velit, Mtas Regia vbicunq; iubet, paratus sum ibidem pro sue Mtis voto seruire.

Quia propter frequentes Tabellarios ad Illam dnem vram destinaciones non exigue expense fieri debent, do. vra. Ill. de ordinanda posta vel modo aliquo adinvento prospicere velit. Binas literas Beglerbegÿ, quas hÿs diebus ad me miserat, do. vre Ill. misi, ex eis eadem cognoscet, quid ad me scribat, Qui cum eo animo scripserit, iterum illi relacionem feci in hanc sentenciam, vt dum quid sibi a suo Imperatore mandatur quemadmodum et ipse scribit, debet adimplere, dum autem quid a meo principe michi committitur, ibidem et ego totis meis viribus exequi studeo, nec ea pretermitti debent, Nichilominus tamen mutua familiaritas inter nos conseruari potest, Misimus illi et munus, Cristam vnam Bokortoll vocatam per hominem meum, in eum finem, quo idem homo meus securius omnia perscrutari queat, quodque liberius cum Rascianis de Bechkereky tractare possit, prout enim accepi, vt premissum est, libenti animo oppidum si quodammodo fieri posset Restituerent, se seque dederent. Ea etiam ratione hominem meum ad Illum expediui, vt certi Captivi mei Thurse super eorum pactacionibus celeriore finem sortiri possent.

Literas eiusdem Beglerbegÿ tercias, Revmo dno Thezaurario sonantes, Ill. do. vre. misi, eas cum Mageo domino Ca-

strorum Magistro ambo aperiuimus et perlegimus. Dum autem prefatus homo meus a Beglerbego redierit, ea que adferet, Curabo vt do. vre. Ill. cognita fiant do. vram. Ill. felicissime valere desidero. Ex Arce Themesiensi 19. Die Decembris 1551.

Stephanus de Losoncz. Comes etc. 1)

(Eredetije a bécsi cs. titkos ltárban.)

## 412.

1552. március 28-án.

Ferdinandus diuina fauente clemencia, Romanorum Hungarie Bohemie etc. Rex, semper Augustus, Infans Hispaniarum Archidux Austrie, etc. fideli nostro Magnifico Comiti Themesiensi (neve nines kitéve) et parcium inferiorum Regni nostri Hungarie Capitaneo Salutem et gratiam, Expositum est maiestati nostre In personis fidelium dominorum Magnifici Johannis de Lewa Aule nostre famularis, ac Egregiorum Johannis Forgach et Joannnis Pazthöy, Quomodo Arces Chalya Lwgas, Sydowar et Rekas, ab antiquo Auorum, parentumque et fratrum suorum fuissent, In eorumque pacifica possessione ydem Aui parentesque et fratres eorum perstitissent, vsque ad proxime preterita tempora, Quibus propter fidem et fidelitatem eorundem parentum suorum nobis prestitam, ab ipsis alienate fuissent, Quibus quidem e vita sublatis Eedem Arces simulcum earum pertinencys deiure in eos essent deuolute, Que cum nunc per Exercitum nostrum e manibus Thurcarum erepte In manibus nostris haberentur, Supplicatum est Maiestati nostre, nomine eorundem exponencium humiliter vt easdem Arces simulcum suis pertinencys, Eisdem generose reddere et restituere dignaremur, Quorum nos humilli supplicatione moti, Considerantes, quod dicte Arces antea vt premisum est, propter fidem et fidelitatem parentum Eorundem nobis prestitam fuissent ab ipsis alienatae, Respectum eciam habentes, ad fidelitatem et fidelia seruicia predictorum exponencium, prescriptas Arces eorum, cum earum pertinencys Eisdem

1) A levél Castaldo Jánosnak szól.

generose reddendas duximus et restituendas, fidelitati Itaque tue, harum serie firmiter Comittimus, Quatenus acceptis presentibus, et premissis sic stantibus, memoratas Arces Challya Lwgas Sydowar et Rekas cum earum vniuersis pertinencijs, mox et de facto, Eisdem reddere, et acceptis ab Eis super eorum restitutione literis quietancie presentes, pro tua superinde expedicione conseruare debeas, Secus non factururus, Datum Posony vigesima octaua mensis Marcy, anno domini Millesimo, quingentesimo Quinquagesimo secundo.

(II. Miksa császár 1567. évi átiratából, a budai kamarai ltárban. N. R. A. 798. csom. 2. sz.)

### 413.

1553. július 23-án.

Nos Capitulum Ecclesię Agriensis, Memorie Commendamus per presentes, Quod Egregius Gregorius Bornemýzza de Kalno, prouisor et prefectus Arcis Agriensis. Nostram personaliter veniendo inpresenciam exhibuit Nobis et presentauit, quasdam literas Missiles, Egregy Blasý Zekel, officialis de pankotha, ac Sebesiensis et Lwgasiensis Bani, patenter, hungaricoque Sermone confectas, ac vsuali Sigillo eiusdem ab intus munitas, Judicibus, et vniuersitati Inhabitorum oppidi Sýmand preceptorie sonantes, petentes Nos debita cum instancia, vt nos eisdem de hungarico vt premissum est, in latinum sermonem Transferre et Transsumpti. Eidemque Sub sigillo Nostro Emanare et Extradare dignemur, Quarum Tenor Talis est. Ego Blasius Zekel, officialis de pankotha, ac Sebesiensis et Lwgasiensis Banus, post Salutem et mei Commendationem, Committo et mando vobis Iudices et Ciues de Sýmand, Quatenus visis meis literis Statim armatis manibus assurgere velitis et debeatis, et ad diem crastinum, ad tempus prandy, hic Apud Nos sitis in pankotha, Si penitus in Mancipia per Thurcas deuenire nultis presentes eciam litere Ne cessent, Sed easdem de possessione vna ad alteram Transferant, Committo et Mando ego omnibus sub eadem pena et

eciam possessionibus Nobilium. Si in Mancipys esse nultis, Secus in premissis facere ne presumpmatis. datum in pankotha, feria Secunda proxima Ante festum Marię Magdaleneę Anno domini Millesimo Quingentesimo quinquagesimo Tercio. Nos itaque huiusmodi petitionibus prefati gregory Bornemyzza, tanquam Justis et Juri consonis fauorabiliter Inclinati, preinsertas litteras Missiles in latinum de hungarico Sermonē per nos Translatas, de verbo ad verbum Sine diminutione es Augmento Aliquali Transscribi et Transsumpmi presentibusque literis Nostris inseri faciendo, Sub Sigillo Nostro, Eidem Jurium suorum ad cautelam duximus extradandas. Datum die dominico proximo post predictum festum Marię Magdaleneę Anno Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Tercio.

(Eredetie a gróf Erdődy-család galgóczy levéltárában. Hátán a kápt. pecsét fehér viaszban. Cista 49. fasc. 26. Nr. 16. Ujabb lajstrommozás: Ladula 98.)

#### 414.

1553. augusztus 19-én.

Magnifice domine et frater mihi obseruandissime, post Seruiciorum Meorum Commendacionem, Arx Dewensis 16 die huius mensis Tradita est manibus meis, Cuius pertinencie cum per thurcas tum eciam per Christianos Cum Tota ista Regione vsque adeo deuastata est, vt si Regia Maiestas non providebit nos aliquibus Bonis, tantum Abest vt isti victui meo cum conyuge sufficiant, verum Ipsemet eciam vix victitare possunt, per longam enim moram nostram officialis Capitan, vsque adeo disponit omnia, eciam exterius In Bonis que pro vsu meo futuro esse potuissent Victualia pro maiori parte omnis generis a colonis extorsit, fenum pecora, avena dissipauit, hic nullum pecus allodiatur preter XVIII. ouibus Reiectis, vilibusque. Hic tantus est defectus, vt declarando ea nunc non sufficio, vsque dum expense nostre domestice durabunt, hic bene tractari possumus, si Rex more consueto facit solutiones.

Si Magnifica domina Sara veniet transilvaniam veniat

et mea conjunx, De Cuius prouisione Commodius m. do. Vestra sciet prospicere, quam ego hinc perscribere possem, Si Currus paratus esset Velim vt Ille adduceretur ne alias eius Introductione Illius grauaremur, Si ita visum fuerit m. do. vestre vt philep Ispan veniat, Bonum est, veniat et Sebastianus Harazthÿ vel alter similis, pueri, denique duo domestici, Res domine matris, Que extra ladulas in aedibus sunt in paloch, ne grauetur vestra m. dom. ea prouisione relinquere, ut muros vel tinee ne corrodant, Nouitates quas in Istis confinÿs habemus Ista possum m. do. vestre scribere, pro nunc tamen facciosi quid moliantur cum procul ex istis partibus sum, Nichil scribere possum, scio tamen de hÿs M. do. Wayvodam fratrem nostrum perscripsisse, Venerat ad me Paulus Sebessi, educatus per M. do. Andream Bathori, qui dixit mihi sebessiensis et Lugasienses eo esse proposito vt cum domino Petrowyth in hoc Regnum Intrarent, qui cum a passa Kazon super hac re licenciam Acciperent, dixit ipsis quod ipse non egre ferret, si hanc viam ipsi attentare vellent, adjunctes hoc eciam vt si passe plus videretur ut ipsi ante Petrowÿt ex vna parte per viam Vaskapw Vocatam, aut simul cum Petrowyth per thot Varadÿa Intrarent, quibus Respondit quod ipsi Ita videretur quod insimul Irent, Cesaris exercitum qui premissus fuerat Contra per sam profligatam esse dicunt procul dubio Hoc Certum est quod ex confinibus eciam Hungarie omnes zanchaky Ingressi sunt versus Cesarem, Relicti tantum sunt In istis confinÿs Zanchakus Bodoniensis et de Zenderew quorum Vnus equites vix quingentos possidet, Argentum quem Vestra M. do. manibus meis dederat vt ex Illo flascam parare facerem, Nescio si Aurum vestra M. do. aput se retinuit, In sacco tamen non Inveni, et si flasca per totum debebit esse mihi perscribat, Valeat Vestra magnifica do. felix faxit Deus optimus maximus et sui liberi Chari ad multos annos, datum ex Curia Deeuensi Decima Nona die mensis Augusti Anno do. 1553.

Seruus

Dominicus dobo

De Ruzka.

(Kivül: Magnifico . . . . . tho Dobo de . . . . . domino et fratri . . . . . servandissimo.)

(Eredetije a budai kamarai ltárban a registrálatban irományok közt.)

#### 415.

1553. november 13-án.

Ezt Irhatom kegielmednek, zeretheo Balas vram, hogÿ Petrowith peteor Lvgassan vagian. Azert kegelymetek viselyen gondoth magatokra, merth altalan fogwa meg higgÿe keg. hogÿ Petrowith mÿ veléwnk Akar Bee Jewny Erdelyben Waskapura, oztan az varossal meg egyenessedet hogy Ewteth urallyak es az varosban ys Bee bochyattyak. Oztan mast Gaborko, oztan Peyka georgÿ, oztan Bakwk (az az Bakócz) ferencz oda mennek Eskedny neky Petrowith peternek. Eztÿs Irhatom kegyelmednek: hogÿ az Theorekeok kyk hadban voltanak, mind el ozolnak, es haza mennek. Azert legyetek mast ha leztek, mert most vagÿon Ideÿe, merth ennek az lathornak ninchÿen howa fognÿ feÿet, mert vizza nem terhet, hanem mÿ hozzank Jewÿ, hogy mÿ theyewnk Joth velle, de ha lehet ne haggyatok Istcnert kerem. K. Thowaba az keg. Tharsara semmi gondot ne visely, meegh az en feÿemet tudod hogy fen aal. Az vristen tharchÿa meg kegyelmedet minden Jowawal, ez lewel keolt K a r a n S e b e s b e n Zent Marthon nap vtan valo hetfewn. Anno. 1552.

Orzaagh Georgÿ Irta  
Kegelymed Barattÿa.

(Az országos levéltárból.)

#### 416.

1554. julius 20-án.

Reuerendissime domine mihi semper graciosissime. Post seruiciorum meorum perpetuam Commendacionem, Keg: vram meg boczassa, T. Nagisagod, ez napokban, sem Wyssagal, sem valaminemev hyrrel nem Ertethettetem, Nag: mert mostan Itt sÿnczen oly vÿssag, kyth Nag: kuldhettem volna, sem hÿrem nem wolt, kyth Irhattam volna. Hanem Im Mostan Jwthe tegnapon, hawashel fwldebel, egy embérem, ky azt Bezely

hogy az nep, otth mýnd le zalloth, azt es mongia hogy az Wayda harom Boyarth vagatoth le, Azt es mongia, ott kwzeottekýs azt Bezelyk hogy, az Chasarth haromzor werthek meg, Thowaba az Waydawal chak eg nehan Boyar maradotth wolt, Es hogi Radul Waydanak hyre menth, hogi Be megýen az orzagban, es hog mostan esmeg azon wolna, hogy az orzagotth fel wenneýe, ellene, de az otth wyzen Inneten senkýth fel nem veheth Towaba Petroytthol akkoron, Jwttott meg Egy Boýar kytwl azt Izente Petrowytth az Waydanak, hogy Imar czak, Nagý azon napra gwlekezenek, mert az Therekekýs akorra kezulnenek.

Towaba, Az Therêkek ThemeswARTH wadnak a menyen vadnak, Azt Bezelyk hog zandekok az wolna hog faczadba Thwb Thereket vessenek, de en nem hýzem hog vessenek, met kewes Therek vagyon.

Towaba Petrowýtth felel azt Irhatom Nagisagodnak hogý El kuldeth wolt Kazon Bassahoz es kerety wolt, az keeth Castel, Morsýnath Monostorth, hozza tartozowal es az nemes nepek Jozagath, Kazon Ilyen valazt Théthth nekye, nem adok ugy mond, czak egý Talp alya fwldettýs, met az hatalmas chasar keth varost adotth nekýe vgy mond, kybél elýen Azert Elýen abbol, es taplalya abbol magatth.

Towaba, meg az hýrre, de Byzzonyal ezt nem Irom, Nagisagodnak, hogý Petrowyth Mwnkaczba kezülne az kyral fya eleýbe, de ha Igy vagyon Inkab hýzem hogy azon wolna hog mykepen elmehetne.

Towaba, mentenek wolph, zolgaý hozzáya es kernek volt pýnzt Thêle, Ew azt mondotta, nem adok egy pýnzh es, met ha az chasar Erdelt meg akarýa adnyá az kyral fyanak ennelkwlys meg aggýa, ha meg nem akayra adni ha ez Castellal egy pýnzen wolna s mýnd nekthek oztanam, sem lenne awal megh mýnd Ezekbel mý kówvtkezék nem Tudom, Isten Tarcza meg Nagsagodat mýnden Jawaiwal, keolt Hunyad waraban Pyntheken Zenth elyes propheta napýan 1554.

V. Rev. dom.

Servitor Joannes Fanczy  
de Cordowa, praefectus  
Arcis Hunyad.

(*Kivül*: Reuerendissimo domino Paulo Bornemýzza episcopo Transiluanensi, et Consiliario Regie Maiestatis domino meo graciousissimo.)

(Eredetije a budai kamarai ltár registrálatlan írományai közt.)

### 417.

1554. napi kelet nélkül.

Zolgalatomot ajánlom ki mint wramnak towaba ertem hogi ki gwlest tetet az warmegyeben, es aztis hogi ki az wrakhoz kwldot enekem ez teczet wolna hogi ýo wolt wolna ki az wraktwl az walazt megwarny es anak wtana gwlest tetetni mert ertem hogi ki az warmegiet akarýa felweni es f a c h a t o t el toretny, eczerýs kincharto (így) mind az egez orzagal egetembe nagi erossen parancholt wala az warmegyének hogi torok ýanosál K a r a n s e b e s e menýen az warmegye soha semikepen nem akara ký mený hanem azt izenik kinchtartonak es az orzágnak hogi nem torwinyek sem zokassok hogi orzag nelkwl erdeli hatarabol kýmenýenek es semikepen el nem menek hanem az orzagal egiwt kezek mindenre, kinchtarto mind az egez orzagal egetembe erosen haragwek de soha nem myeltetehete welek azert chak mostis efele fogast ne mývelýenek mert ha efele fogast kezdnek mýwelný ezt mindýarast Petrowitnak twtara adýak es Petrovit az basanak ebol weznek nagi zwet es hatorsagot hogi ki nem akartanak el mený ebol mindnyajan lezen nagi vezedelmunc kýt az vristen ne agyon, de ez had ýarýon ha zinte az warmegyewel el wegezi, ki hogi el menienek eztis mindýarast Petrowitnak twtara agyak es Petrowit az basanak mert nem hogi azt nem adnak twtara kýt az gwlesben wegeznek de chak oton awagi haton mýt zolyanakýs mindýarast mindent twtara adnak azert ki latýa hogi Petroýt l w g a s o n v a g i o n az torok kezwlýon hoza es az k a r a n s e b e s ý e k n e k parancholjon hogi mihelt az warmegie jndwl mindýarast be jwýenek es rabolyanak es egesenek es az zoroson az wtakat meg alýak nem ertem ez warmegiet ký oltalmaz meg sem ki ký segíti meg mert ezek mind meg tortenhetnek kýt az vr isten ne agion, mert ha ki az akaragýa hogi eltorýek f a c h e t o t aztan essek walami mwlatos es ki wgi kel meni hogi

az toroktvl tartasa ne legyen, ha kegek ki chak wgi kwld reya hogi el egessek az wk issmet meg ipitik mert enek eloteyis wfelsegenek mind fegyweresi es Hwzarÿ mentenek wala reya de azok hir nelkwl mentenek es chak akor lat az toroknek hire bene hogi az had ot wiradot meg es olyan kez had chak adik mwlatot ot meg meg egetek azontvl wiza tert es wgi jwt wiza hogi azon napon altal jwt az kingen soholt meg nem mert egebwt maradni, de ha ki az warmegyewel megyen az myndenek twtara lezen es ki wgi kel meni hogi se toroktvl sem fold nepetvl sem lw g a s y a k t w l sem s e b e s i e k t w l ne kelÿen tartani azert kerem ki mint bizot wramat hogi enekem meg bochason hogi illen batron irok ki mert nem azert irom ki hogi ezekben chak egi zotis awagi zonak helt agyon hanem ki Pestesi martontvl izent wala wgi kezdenek ezek fejemben forgani es wgi iram ki towaba ayanlom zolgalatomat ki mint wramnak azvr istsn eltese ki mind azon yomal egetembe sok ÿo eztendeÿk ma irtam b o r c h a n 1554.

Barchajÿ Andras  
etc.

(*Kivül*: magnifico domino dominiko Dobo de rwzka Wicewajwode regni transilwanensi et siculorum wice comiti et prefecto arcis Dewa domino obserwandissimo.)

(Eredetije papiron a budai kamarai ltárban. Limbus. Szélén apró pecsét nyomával.)

#### 418.

1555. september 14-ke után.

Nos Petrus Pettrowyth de Swraklyn Comes ac Dominus in Arce Munkach etc. Memorie Commendamus tenore pre-sencium significantes, Quibus expedit vniuersis, Quod nos debitum vt decet habentes respectum ad preclaram fidem ac Gratissima merita Egregÿ domini Christofori Hagymassÿ, Que Ipse primum Maiestatibus suis Dominis nostris clementissimis, deinde nobis pro locorum et temporum varietate Cum omni fidelitatis Constancia, Exhibuit et impendit, Totales portiones possessionarias, ac predia in possessionibus Al m a f f a, Z a a k, M u t t h n o k; c h i e r n o t h a, M o r e n e z, prediis item

Radulencz, Padurile, Ohabiczia, Magura existentibus, in Comitatu de Karansebes habite, Que prius Georgi Farkas prefuissent de Almaffa: Sed ex eo quod Idem Im Memor fidei fidelitatisque Sue, Qua Maiestatibus Suis veluti Naturalibus principibus Tenebatur, factioni ferdinandice descuiisset, partesque suas Totis viribus fouisset, Et per hoc Notam perpetue infidelitatis In Currisset, ad collationem Maiestatum suarum, deinde Nostram, Juxta antiquam legem et Approbatam Consuetudinem Regni rite et legitime deuoluta esse perhibentur, et Redacta, Simulcum Cunctis Eorundem vtilitatibus et pertinentijs Quibuslibet: Terris scilicet Arabilibus Cultis et in Cultis Agris, pratis pascuis, Campis fenetis Siluis Nemoribus Rubetis virgultis riuulis, piscinis, piscaturis Aquarumque decursibus, Molendinis piscinarumque et Molendinorum locis Et Generaliter Quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum Integritatibus Quouis Nominis vocabulo vocitatis, Sub suis veris et Antiquis metis existentibus, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus Memorato Christofo Hagymassÿ, Ipsiusque heredibus et posteritatibus vniuersis, Dedimus donauimus et Contullimus, Imo damus donamus et conferimus presentium per vigorem in persona Maiestatum suarum dominorum Nostrorum clementissimorum et Naturalium principum, Iure perpetuo et Irreuocabiliter Tenendas possidendas pariter et habendas Saluo Jure Alieno, harum Nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas Maiestates sue Redigi facient dum in specie presentate fuerint proCul dubio, Date in oppido lugas post festum Exaltationis Sancte Crucis, Anno Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quinto.

idem manu propria

(P. H.)

(Eredetije papiron a gy.-fehérvári káptalan ltárában Centuria S. 9. szám. Petrovics apró gyűfűpecsétjével a szöveg alatt.)

**419.**

1556. július 7-én.

Nos Petrus Pettrowyth de Swraklyn Comes Ac infra Reditum Serenissimarum Maiestatum suarum in Jurisdicione

Earundem tam in hoc Regno Transsylvanie quam eciam Hungarie Locumtenens etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos cum ad Supplicacionem nonnullorum dominorum et Regni Nobilium propterea nobis factam, Tum vero attentis et consideratis fidelitate ac fidelium Seruiciorum exhibicione Nobilium francisci Kwrthewssy cubiculary nostri ac Joannis et francisci Mlado, que ipsi Sacre primum huius Regni Hungarie ac deinde Maiestatibus suis, et post suas Maiestates Nobis quoque pro locorum et temporum varietate frequentes ac continue lateri nostro adherentes, cum suma fidelitate exhibuerunt et impenderunt, horum Igitur Intuitu, domum nobilis condam Elie Olah de Lugas quam in Ciuitate lugassiensis<sup>1)</sup> habuisset, ac Alias res quascumque tam Aureas quam argenteas Bonaque vniuersa Mobilia et Immobilia eiusdem Elie Olah, in quantum porcionem suam spectarent, per notam perpetue Infidelitatis ex eo, quod ipse ex castris et obsidione Arcis Hwzthiensis clam discesserit gentesque inde discedere (Itt az eredetiben hézag maradt, mely a tökéletesen ép papiron mintegy 10 betű helyét elfoglalja. Minden kapcsolat nélkül az előbbi szöveggel az okmány így folytatja :), simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet Ad dictam domum de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus quouis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris et antiquis metis existentibus, Memoratis francisco Kwrthewssy ac Joanni et francisco Mlado Ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis dedimus, donauimus et contulimus Immo damus, donamus et conferimus Jure perpetuo et Irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, Saluo Jure Alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, datum in ciuitate Coloswar feria tertia proxima post (festum szó elmaradt) visitacionis Marie Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Sexto.

(Eredeti je papiron a gyulafehérvári káptalan ltárában Cista Zarand Fascicul. 2. Nr. 54. Szöveg alatt Petrovics pecsété, és e szavak idem manu ppria.)

<sup>1)</sup> Petrovics egy 1555. évi levele kelt in oppido Lugas.

## 420.

1556. september 29-én.

Nos Petrus Pettrowyth de Suraklyn Comes, ac intra redditum Serenissimarum Maiestatum suarum In Jurisdicione earundem, tam in Regno Hungarie, quam eciam Transsylvaniae Locumtenens generalis etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos attentis et consideratis fidelitate, ac fidelium seruiciorum gratuitis cumulatisque meritis Egregiorum Ladislai Bekes ac Gasparis Bekes filij sui cubicularij nostri, Que ipsi sacre primum huius Regni Hungarie corone, ac deinde Maiestatibus suis, et post suas Maiestates Nobisquoque pro locorum et temporum varietate, cum omni fidelitatis constancia, propria nostra experientia, exhibuerunt et impederunt, horum igitur intuitu Totalem directam et equalem medietatem possessionis D o m b o w y c z a vocate in districtu de Karansebes existentem habite, In cuius quidem pacifico et quieto domynio, predecessores eorundem, a plurimis retroactis annis pacifice perstitissent. Que ex post tandem ad oppidum L w g a s, preteritis disturbiorum temporibus, vt cumque occupata, tenta et possessa fuisset, Simul cum omni Jure Regio, si quod Maiestates sue, in eadem directa et equali medietate eiusdem possessionis D o m b o w y c z a haberent, aut easdem ex quibuscumque vjs, modis et rationibus concerneret Maiestates, Ac pariter cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, Terris scilicet arabilibus cultis et incultis, Agris, pratis, pascuis, Campis, fenetis Siluis, nemoribus, Montibus, vallibus, vineis, vinearumque pro, monthorjjs, Aquis, fluujs, Aquarumque decursibus, Molendinis, et eorundem locis, Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris et antiquis metis existentibus, Memoratis Ladislao Bekes, ac Gaspari filio suo, ipsorumque heredibus et posteritatibus vtriusque sexus vniuersis, Noue nostre donacionis titulo, dedimus, donauimus, et contulimus, Immo damus donamus et conferimus, Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam, Saluo

Jure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum in Ciuitate Coloswar, In festo beati Michaelis Archangeli, Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Sexto.

(Eredetije papíron a gyulafehérvári káptalan Itárában. Cista Zaránd, Fascicul 2. Nr. 29. Szöveg alatt Petrovicsnak jól kivethető pecsétje. Aláírás helyett csak ily szavak : Idem manu ppria.)

#### 421.

1557. september 14-én.

Én Beokeos László, és Beokeos Jakab, Fyath János ez elmúlt időkbén mikoron irnának Ezer ötszáz ötven hét Esztendőben zent kereszt napján, mikoron Lugason Főbiró volna Anka Gáspár, fő Polgárok penig volnának Luka Péter, Bogár Mihály, Marsina György, Fetul Laczko, Toplitz György, Máté Balás, Vlád Balint, Vajda Mihály, Bukur Nyereggyártó Miklós, Indulatánk azért akkor az megnevezet Lugasi Birkkal és mind az Várossal egyenességben, némü némü villongo föld miat ki volna Lugas közöt, és Galosgya között mely föld miatt gyakorlatossággal sok háboruságok az Lugasiak és Galosgyak között estenek. Ezt azért meggondolván, hogy veszedelem és Emberhalál köztök ne esnék, <sup>1)</sup> ez felyül megmondot Atyafiakkal tönk egyenességet és Jegyeket. Első Jegy azért a derék Tömös <sup>2)</sup> mellett Ambrus mester Kulmen <sup>3)</sup> alul hányatott, egyenest egy Falkaygh nap nyugot felé az Fetul Laczko földé mellett megyen fel. Az második halom az ország uton közeget melly maguráru l megyen Galusgyára. Harmadik az mely ut Lugasru l jó Galosgyára, annak melette Negyedik jel egy Fűzfa és egy Egerfa mellett. Ötödik Jel az Patakon által egy Fűzfa mellett hántak halmot. Hatodik még és nap nyugatra egy Egerfa és egy Fűzfa egy gyökérből jötte nek ki, és az mellett hántanak halmot. Hetedik a hol Galosgyára az Lugasi derék ut jó, ott egy megretthet <sup>4)</sup> fűzfa

<sup>1)</sup> A fehérvári kápt. átiratában : esnének.

<sup>2)</sup> Thömös, az átiratban.

<sup>3)</sup> Küllőin — az átiratban.

<sup>4)</sup> meg jedzet — az átiratban.

vagyon. Nyolczadik onnat indultatik fel az Sarospatakon felöl az Lugas felöl valo Parthon. Kilenczedik Jel Délre az Sáros-patakon felöl az Lugas felöl való Parthon az Rachok <sup>1)</sup> erdeje felé. Tizedik határ az Bányászok fokának a partyán és ugyan ott vagyon egy Szilfa. Tizenegyedik az Bányászok fokán tul az Andrei András szállásánál egy mezőtskén. Tizenkettődik Jel ugyan ott közel Délre. Tizenharmadik ugyan Délre egy körtvély fa mellett az Chÿkul földét ketté szakasztja. Tizennegyedik az Stinta pataka partyán túl Dél felöl egy fűzfa és egy Egerfa mellett vagyon az hányás. Tizenötödik ugyan Délre egy vad almafa mellett. Tizenhatodik ugyan otton csak közel. Tizenhetedik. Ugyan még is Délre egy gyermekdigh vadalma fánál. Tizennyolcadik az Keketties tónál <sup>2)</sup> egy vad almafa mellett. Tizenkilenczedik, ugyan azon tónál egy Tölgyfa határa. Huszadik csakugyan ottan az mezőn egy uton feleol. Huszonegyedik a Kachok Erdeje <sup>3)</sup> felöl az Szaraz patak <sup>4)</sup> mellett vagyon Jedzese, az napkelet való partján. Huszonkettődik az Porkolát kapunál a hol a Derék ut o Lugasrul jő által az Kacz <sup>5)</sup> Erdő mellett. Mi ezért ez felöl megmondott három személyek adtuk ez mi levelünket Lugas Várossának felvevén minden atyánkfiainak terhet mostaniaknak és utánunk leendőknék hogy ha mű avagy utánunk valok ez egyenességgel fel bontanák, valaki Lugas várossának Fejedelme lenne, annak ezer forintal tartozzunk.

(A gyulafehérvári káptalan 1756. évi átiratából az országos Itárban.)

## 422.

1559. június 17-én.

Isabella Dei gracia Regina Hungarie Dalmacie Croacie  
ect. fidelibus nostris Egregÿs et Nobilibus Petro Pryzaka Mi-

<sup>1)</sup> Karhok — az átiratban.

<sup>2)</sup> Hihetőleg Rekettyés tó áll az eredetiben. Az átiratban is Kekettes.

<sup>3)</sup> Hihetőleg Rácok Erdeje, mint fent. Az átiratban: Ráchok erdeje.

<sup>4)</sup> Fent Sárospataknak íratott. Az átiratban is Szarazpatak.

<sup>5)</sup> Rác erdő (átirat.)

chaeli Machkasy Andreae Karany et Stephano Mona, Salutem et gratiam. Exponitur Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum Nobilium Francisci et Joannis filiorum Blasy de Mothnok Quomodo ipsi cum Nobilibus Ladislao, Joanne et Petro Farkas, ac Joanne Mothnoky de Almafai in quibusdam terris arabilibus, cultis et incultis, agris. pratis, fenetis, syluis et alijs quibuslibet vtilitatibus, in territorijs et intra metas possessionum, Z a a k, Mothnok et Morencz in districtu nostro karansebesiensi existentium habitis, medio vestri quandam limitacionem, rectificacionem et commensuracionem fieri facere vellent iure Regni nostri requirente Mandamus itaque fidelitatibus vestris firmiter, quatenus acceptis presentibus, prefatos Ladislaum, Joannem et petrum Farkas, ac Joannem Mothnoky sub onere alias in talibus obseruari solito accedendo, admoneatis eosdem dicatisque et committatis eisdem verbo nostro Reginali et filij nostri Serenissimi Regio: vt ipsi in prescriptis terris arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, syluis, et alijs quibuslibet vtilitatibus et territorijs, et intra metas predictarum possessionum Z a a k, Mothnok, et Morencz in iamfato districtu Karansebesiensi existentium habitis, premissam Limitacionem, Rectificacionem et commensuracionem per vos fiendam administrare et praefatis exponentibus porcionem ipsorum ex huiusmodi rectificacione cedentes, quiete et pacifice possidendam, vtendamque extradare debeant et teneantur. Qui si fecerint bene quidem. Alioqui (így) euocetis eosdem ad decimum quintum diem futurorum. Iudiciorum primitus celebrandorum in Curiam nostram (Reginalem) nostram scilicet in presenciam Racionem superinde reddituros efficacem. Certificantes eosdem ibidem, Quod siue ipsi termino in praedicto coram Nobis compareant, siue non. Nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in praemissis, quod iuris dictauerit ordo. Et posthec huiusmodi admonicionis vestri seriem, ut fuerit expediens terminum ad praedictum Nobis suomodo fide vestra mediante rescribere debeatis et teneamini, Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Albe Gywle decima septima die mensis Juny Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Nono.

(Eredetije papiron a Macskási-család Itárában 842. szám alatt. A szöveg alatt a királynéi pecsét.)

### 423.

1559. június 17-én.

Isabella Dei gracia Regina Hungariae, Dalmacię, Croacię etc. fidelibus nostris Egregys et Nobilibus Ladislao farkas, petro Machkassy, Wolffango, Thomae et francisco Kerchoway, Salutem et graciam, Exponitur Maiestati nostre, in persona fidelis nostri Nobilis Stephani Machkassy de Karansebes, Qualiter ipse cum Nobile Anna, Relicta Nobilis quondam petri Machkassy in quibusdam terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, syluis et Alys quibuslibet vtilitatibus, in territorio et intra metas possessionum Machkas predicta, Tynkowa, Zagusen, et Rwgynoz, omnino in districtu Karansebesiensi existentibus habitis, medio vestri quondam limitacionem, ratificacionem, et commensuracionem fieri facere vellet, lege Regni nostri Hungarię requirente, Mandamus itaque fidelitatibus vestris firmiter, quatenus acceptis presentibus ad praefatum Annam Relictam annotati quondam petri Machkassy simul vel duo vestrum, sub oneribus alias in talibus observari solitis, personaliter accedendo, admoneatis eandem dicatisque et conmitatis Eidem verbo nostro Reginali et filij nostri serenissimi Regio, vt in prescriptis terris arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, Syluis, nemoribus et Alys quibuslibet vtilitatibus prescriptarum possessionum Machkas, Tynkowa, Zagusen, et Rwginoz. limitacionem, rectificacionem, et commensuracionem per vos fiendam administrare et praefato Exponenti porcionem ipsius ex huiusmodi rectificacione cedendam, quiete et pacifice possidendam, vtendamque extradare debeat, et teneatur, Quę si fecerit, bene quidem, Alioquin Euocetis Eandem ad decimum quintum diem futurorum Judiciorum proxime celebrandorum in Curiam nostram Reginalem, nostram scilicet in presenciam racionem super premisis reddituram efficacem, Et post hec huiusmodi Ammonicionis vestre seriem, vt fuerit expediens terminum ad predictum

Nobis fide vestra Mediante suomodo fideliter rescribatis. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Albę Gywlę decima septima die mensis Junij Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Nono.

(Eredetije papiron a Sombory család levéltárában. Szöveg alatt pecséttel.)

#### 424.

1559. november 19-én.

Serenissime princeps domine domine nobis naturalis perpetuo clementissime, fidelium, servitiorum nostrorum in gratiam maiestatis vestre S. perpetuam ac humillimam Commendationem: Nouerit Maiestas vestra S. Nos Literas Maiestatis Reginalis, etc. felicis memorię etc. obseruandissimę domine matris Maiestatis vestre S. domine nostrę clementissimę etc. reambulatorias metarum pro Egregys fidelibus dominys Maiestatis vestre S. Petro gaman de Byzere et Francisco similiter gaman de eadem confectas et emanatas nobisque preceptorie Loquentes et directas, Summa cum reverentia et subiectione recepimus In hec verba, Isabella Dei gratia Regina Hungarię dalmatię Croatię etc. fidelibus nostris Egregys et Nobilibus, Nicolao cherepoytth Bano, et Joanni fyath Castellano nostris Karansebesiensibus Item Francisco Bakoch, andrę Bertha, michaeli dodnaludh et Laurentio chontos, Salutem et gratiam, exponitur Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum Egregiorum Petri et Francisci gaman, Qualiter possessiones Ipsorum a p a g y a et L a c z k a n, In Isto districtu nostro Karansebesiensi existentes habite, Legittima reambulatione et metarum erectione plurimum Indigerent, et quamuis Anno superiori in eisdem Bonis Quędam reambulatio sine Literis reambulatorys celebrata extiterit, literę Tamen superinde emanatę et Ipsi exponentibus extradatę nullę extitissent, Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et Mandamus, Quattinus acceptis presentibus non obstante vnus aut alterius vestrum absentia

ad facies præscriptarum possessionum a pagya et Laczkan ipsorum exponentium sub oneribus Alias in Talibus obseruari Solitis, vicinis et Cometaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, reambuletis easdem per suas veras metas, et antiquas, nouas iuxta veteres in locis necessarijs erigendo, reambulatasque et ab aliorum Juribus possessionarijs metaliter distinctas relinquatis præfatis exponentibus Jure Ipsi Incumbente perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum, contradictores vero siqui fuerint, euocetis eosdem contra Annotatos exponentes ad decimum Quintum diem futurorum Iudiciorum proxime celebrandorum in Curiam nostram Reginalem nostram scilicet in presentiam rationem Contradictionis eorundem Reddituros, Et post hec huiusmodi possessionarię reambulationis, et metarum erectionis Seriem Cum Cursibus metarum inibi Erigendarum, Contradictorumque et euocatorum si Qui fuerint ac vicinorum et Commetaneorum Qui præmissee reambulationi Intererunt nominibus, vt fuerit expediens, Terminum ad predictum Nobis suo modo fideliter rescribere debeatis et Teneamini, Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti Datum albae gywle decima septima die mensis Junij Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo nono. Vnde Nos mandatis prememoratae Sacratissimę maiestatis reginalis, etc. felicitis memorię dominę Nostrę clementissimę In omnibus semper obedire volentes et satis facere vt Teneamur vna cum predictis Egregijs dominjs petro et Francisco gaman de Byzere fidelibus maiestatis vestre S. ad ea Que In scriptis Sue Maiestatis Reginalis, literis continebantur, Suo modo fideliter exequentes et de pite peragentes, die dominico proximo post festum Beatorum petri et pauli apostolorum accessimus personaliter, excepto domino bano, ad faciem predj Laczkan In prefato districtu Karansebesiensi existentis habiti, consequenterque In eodem predio vicinis et Cometaneis eiusdem vniuersis inibi legitime Conuocatis, et presentibus accedendo, videlicet Nobilibus Joanne Machkassy de Danilest, Petro Tooth, Joanne Josyka et Stephano olah de Karansebes, reambulauimus per suas veras metas, predicti predj Laczkan, et Antiquas, Nouas Juxta veteres In locis

necessarijs erigendo, reambulatasque et ab aliorum Juribus possessionarijs metaliter distinctas relinquimus prefatis exponentibus, Jure Ipsi Incumbente perpetuo possidendas Nullo Contradictore apparente, Id circo Nos Ab oriente plaga euntes de Quadam magna via ad vallem Lewrdÿs vocatam, Inde pergentes per Aliam viam paruam versus meridionalem plagam Incidimus in aliam Magnam viam Ibidemque penes et Juxta eandem viam magnam coacernauimus et actu Mutauimus (?) Quendam magnam aggerem ex Terra ex Quo aggere per nos facto, diuiduntur Ad plagam orientalem Limites Nobilium Jose et domsse de Maczkas, postea per eandem viam magnam euntes versus occidentalem plagam rectam viam, a septentrionali vero plaga extra dictam viam relinquimus Limites fiendas et pertinentes ad prefatum predium L a c z k a n, videlicet prememoratis dominis Nobilibus Petro et Francisco gaman fratribusque Eorundem vniuersis Ab altera autem parte extra viam predictam relinquendas duximus Quod fiendas Limites possessioni Ciuitatis dicte Karansebes a(nqua?) P a t t a k a vocatę Exinde . . . imus rectam viam per Cacumina Illius montis per Eandem viam, venimusque vsque ad Quoddam fenetum, Ibidemque fecimus alterum aggerem ex terra magnum, ac Ibidem (ha) bentur multa Ligna Egerfa vocata, de Inde recte pergentes Circa Illum aggerem accumulauimus alterum aggerem, Ex Quo recte euntes per Quosdam gurgites ad aquas fluales P o g a n ÿ c h vocatas Ibidemque In littore Illius dicte aque Poganÿch Iterum fecimus ereximusque vnum aggerem, Inter aliquas salices, Inde recte pergentes sursum per eandem aquam poganych vsque ad quedam vadum p l o p w l <sup>1)</sup> appellatum, Exinde Iterum rectam viam Tenet regni vsque ad prescriptum priorem metam dicte vallis Lewrdÿs vocatę et post hec nos huiusmodi possessionarie reambulationis et metarum erectionis Seriem Cum Cursibus Metarum Inibi Erectarum, ac vicinorum et cometaneorum Qui premisae reambulationi Interfuerunt Nominibus vt fuerit expediens maiestati vestre S. suo modo fideliter rescripsimus. Datum ex

<sup>1)</sup> Lehet : Ploput is.

Karansebes die dominico die (igy) Beatę Elizabet viduę Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono.

Eiusdem Maiestatis vestre S.

fidelis et perpetui Seruitores

Joannes fiat Castellanus districtus

Karansebes, Franciscus Bakoczy

Andreas Bertha, Michael dodnahud,

et Laurencius chontos de Karansebes.

(*Kivül*: Serenissimo principi domino domino Joanni secundo dei gratia electo Regi Hungarię dalmatię Croatię etc. Sacrę Regię Maiestati Hungarię etc. domino, domino nobis naturali perpetuo clementissimo.)

(Eredetije a Sombory család levéltárában.)

#### 425.

1560. május 30-án.

Nos Ferdinandus diuina fauente clemencia Electus Romanorum Imperator Semper Augustus, Ac Hungarię, Bohemie etc. Rex Infans hispaniarum Archidux Austrię, etc. Memorie Commendamus tenore presencium Significantes, quibus expedit vniuersis, quod Nobis feria quarta proxima post dominicam Exaudi instante scilicet termino celebracionis Iudiciorum Octaui diei festi beati Georgy martiris proxime preteriti, ad quem scilicet terminum vniuerse cause Regnicolarum nostrorum ab obitu domini quondam Ludouici Regis felicis Recordacionis ex publica Regnicolarum Nostrorum constitucione per maiestatem nostram confirmata, per eandem nostram Maiestatem generaliter fuerant prorogate, vnacum Nonnullis dominis prelatibus et Baronibus Magistrisque prothonotarjjs et Regni Nobilibus sedis scilicet nostre Judicarię Juratis assessoribus, pro faciundo moderatiuo Iudicio causantibus, In eadem Sede nostra Iudiciaria constitutis et existentibus, Nobilis Caspar Kokay de Maczonka pro Egregio Johanne de Pazthoh, filio olim Sigismundi pazthohy, ex quondam domina Margaretha consorte sua, filia scilicet quondam Sigismundi de Lewa, ex quondam domina Catherina, filia olim francisci de Harazth, ex quondam domina Sophia, consorte sua, filia scilicet Magistri olim Ladislai de docz genito, cum procuratorjjs Lite-

ris Capituli Ecclesie Agriensis Juxta citationem hic posonj coram nobis facie ad faciem In figura Judicj personalis presentie nostre comparentes, Contra Egregium Joannem Forgach de Gyemes, filium scilicet prefati olim Francisci Forgach, ex prefata condam domina Sophia consorte sua, filia scilicet prefati olim Sigismundi de Lewa, ex dicta domina Catherina consorte sua susceptum, coram eadem personali presentia nostra similiter facie ad faciem personaliter Repertum proposuit eomodo Quomodo quedam litera Statutoria honorabilis Capituli Ecclesie Budensis, super totalibus Castello Wasarhely, alio Nomine pathkocz vocato, ac porcionibus possessionarijs in possessionibus Bokorfalwa, Radowazela, Babsa, Borzos, Walsyncz, Rakowcz, Bobothyn, Zlawyncz, gwrgadya, klenowcz, hozzya, Swlyncz, fagymagh, dragothyncz, Mykolocz, Agwasarhel, opprysyncz, Roilyncz, fagymag, dragothyncz, Bothofalwa, Bandy, Nyerges, Ohabycza, Menyes, Kwthyna, Balasfalwa, Moskwa, gywla, Maysafalwa felsewbalyncz, alsobalyncz, pamwya, Zlawyncz, gyertyhanos, et Rekethyes in Themensi, Item de totalibus Castello Zalh a, ac possessionibus hozzywpathak, felsewbynes, Alsobynes, Megyeres, Serked in districtu de lwgas, ac de porcionibus possessionarijs in possessionibus kwldofalwa, kwlboesth alio nomine Lwgas, ac predys Bankfalwa, et Balyncz in de Lwgas predicto, Item similiter totalibus Castro Challya, ac possessionibus Belsechallya, Kylsewchallya, Jazpeel, et predio pongracz, Necnon porcionibus possessionarijs in possessionibus panad, Kerezthwr, kowazy, kew, gyarak in Orodienti, preterea de totalibus Castello palyese, ac possessione Almazeg, Item de porcionibus possessionarijs in possessionibus Thofaya, gergelforroya, in eodem Orodienti, ac harazth, Zenthdyenes, Erd, Berky, kapozthasmegyer, ac possessionibus Zazhalom in pesthiensi, et Agasegyhaz in Albensi sedis Solth, Item de porcionibus possessionarijs in possessionibus Sarfew, karthocz, kyssarlo, Necnon Castello Iwanfalwa, kothlo, Solmos, Rekasach, Melchfalwa, Sebesfok, Zenthlelek, In Nitriensi (igy — in Themensi helyett) Item de totalibus Castro Sagowyna ac possessionibus koprywno, Swmethyacz, chernelybreg, krayanczy, Werhoczy, Wertykawaz, Benedyehkozolo, in de posega, et Naghwthor vocatis in posoniensi comitatibus exi-

stentibus habitis, alijs etiam cunctis bonis et Juribus possessionarijs Memorati olim francisci harazthy editꝫ eundem Joannem Pazthohy optimo Jure consanguineitatis concernentibus, apud ipsum in causam attractum haberentur, quibus idem Joannes pazthohy pro Jurium suorum defensione plurimum Indigeret, ab hec easdem literas ab eodem in causam attracto pro cautela Jurium suorum in specie Rehabere vellet jure Regni admittente, quo audito dictus Joannes Forgach in causam attractus nostram exurgendo in presentiam Respondit ex aduerso, quod hoc verum esset vt prescripte litere apud ipsum in causam attractum haberentur, verum tamen cum et ipsum, in causam attractum bona prenotata aequali Jure cum prefato Johanne pazthohy actore concernant, easdem literas sibi in specie Minime dare posse, paria tamen earundem dicto actori dare et concedere promptus esset et paratus, Et hys dictis prescriptas literas dicti Capituli Ecclesie Budensis coram dicta personali presentia nostra In Judicio extradare et presentare curavit huiusmodi sub tenore.

(Lásd a budai káptalan 1511. évi levelét 367. sz. a.)

Quas quidem literas non Abrasas Non cancellatas Nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes de verbo ad verbum sine diminucione et Augmento aliquali transcribi, et transsummi, presentibusque Literis nostris patentibus Inseri faciendo, Memorato Joanni pazthohy Jurium eius ulteriorem ad cautelam duximus dandas et concedendas Communi Justicia mediante, Originalia tamen earundem dicto Joanni Forgach in specie Restituentes. Datum posony feria quinta proxima post dominicam Exaudi Anno domini Millesimo quingentesimo Sexagesimo.

Ilecta et comportata eum Originalibus,  
correctaque in donibus interlinearjs, et presertim possessione Alsobalyncz per me Magistrum Anthonium de Naghwath; prothonotarium personalis presencie Sacre Cesareꝫ ac Regie Maiestatis.

Et coram me magistro Georgio de olgya prothonotario Domini Judicis Curie S. C. ac  
Regie maiestatis.

Et coram me magistro Damiano de Aranyan prothonotario palatinali.

(Eredetiye nagy hártján a gr. Forgách cs. levéltárában. Sárgazöld, vörös, kék selymen függő nagy pecséttel.)

**426,**

1561. september 13-án.

Nos Joannes Secundus Dei gracia, electus Rex Hungariae, Dalmaciae, Croaciae, etc. Memoriae commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit vniuersis, quod fidelis noster egregius Petrus pryzaka, Castellanus districtus nostri karansebes, nostram personaliter veniens in presenciam in suo, ac reliquorum fratrum suorum nominibus, et in personis, exhibuit et presentauit nobis quasdam litteras Spectabilis Magnifici quondam domini Petri pettrowyth de Swraklÿn, comitis Themesiensis, ac partium regni nostri Hungariae inferiorum capitanei generalis, Banique nostri Sebesiensis, in pergameno patenter confectas, et emanatas, ac in inferiori earum parte Sigillo eiusdem Armali et Autentico impressiue communitas, continentés in se cursum metarum possessionis ipsius petri pryzaka, et fratrum suorum, pryzaka vocatę, in districtu de Mÿhald, et Comitatu Zewriniensi habitę, a parte oppidi nostri karan, Supplicans nobis humillime, vt nos easdem litteras, p̄fati domini comitis, ac omnia et singula in eisdem contenta, ratas, gratas, et accepta habere, litterisque nostris priuilegiabilibus verbotenus inseri, et inscribifacere, et pro eodem petro pryzaka, ac fratribus suis, Ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis perpetuo valituras clementer confirmare dignemur. Quarum quidem litterarum tenor talis est. (Lásd Petrovics Péter temesi főispán 1548. évi levelét 399. sz. a.) Nos igitur p̄missa Supplicatione Memorati petri pryzaka, nostrę modo quo supra porrecta Maiestati, Regia Benignitate exaudita, et clementer admissa, prescriptas litteras dicti domini comitis Metales, ac omnia et singula in eisdem contenta, non abrasas, non cancellatas, neque in aliqua earum parte suspectas, sed omni prorsus vicio. suspicionis carentes, presentibus litteris nostris priuilegialibus de verbo ad verbum,

sine diminucione, et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et Articulos, Eatenus quatenus Eedem rite et legitime existunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur, acceptamus, Approbamus, ratificamus, Easdemque et contenta earundem Memorato petro pryzaka, et fratribus suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, perpetuo valituras confirmamus, Harum nostrarum Secreto Sigillo nostro quo vt Rex Hungarię vtimur impendenti communitarum vigore et testimonio litterarum mediante, Datum in ciuitate nostra Alba Julia decima tertia die Mensis Septembris, Anno domini Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo primo.

Joannes Electus Rex mp.

Michael Chyakj

Cancellarius m. p.

(Eredeti je pergamenen Tynkovai Macskási-család Itárában fasc. 20. Nr. 666. — Veres-sárga-zöld selyem zsinórról függő pecsétje csaknem teljeseu ép.)

#### 427.

1563. június 15-én.

Sacra Maiestas Regia

domine domine clementissime.

Post fidelium ac perpetuorum seruiciorum meorum in gratiam M. V. humillimam commendacionem, hodie vna die vnus servitor meus ex gyvla ad me supervenit, qui mihi in Regesto conscriptos attulit omnes fideles m. Vestre S. quot quot Thurcę sub Inducys ex gyvla captos in Mancipium abduxerunt, quod regestum presentibus Inclusum vrę M. S. misi, Thurca pro certo neque nunc vllas Inducias in illas partes obseruat, Nam Nouissime scilicet in die festo Sacri Pentecostes preterito Thurcę ad oppidum Vrę M. S. B e k e s vocatum cum Copys Irruerunt, Ac Ibi quicquid comperire potuerunt, diripuerunt, fuit in eodem oppido quidam homo negociator pessimus, nomine Franciscus Mezeo, qui plurimos homines defraudauit, Is vna cum vxore, ac liberis suis, cum eisdem Thurcis profectus est, quem tametsi dudum Captiuassem, Sed quia S. Maiestas Cesarea dominus meus clementissimus, illum ex

Ignobili genere exemerat, ac in cetum verorum Regni Hungarie Nobilium annumerauerat, fui ausus minime, Scio ettenim quod hominem Nobilem in Regno Hungarie Captiuare, non esse liberum alia via, nisi Juris processu, sicut M. vrę S. optime constat, qui vero extra viam Juris Nobilem captiuat, pena capitis ac bonorum convincitur, A quo ettenim non mediocre damnum nunc mihi est Illatum, Nam quod mutuo leuaueram A magnifico domino Francisco Zay, et Ab Egregio domino Francisco Peshy, alysque amicis meis, volens Spectabilem ac Magcos dominos Comitum de Zrinio, et Lucam Zekel super eo mutuo contentare, quod in precium arcis meę Nykelsprgh ab eisdem leuaueram, plusquam quattuor Millia florenorum meorum abstulit, et profecto vix vnquam mihi deterius contingere potuisset, Nam ex vno debito, duo debita mihi comparauit. Nam et Illis, a quibus hoc mutuum vltimo leuaueram, debitor remansi, Nec quibus eodem mutuo satis facere cupiebam fieri potuit, verum tamen sicut diuina Maiestas voluit, ita fieri debuit, Ceterum et hoc vrę M. S. humillime significare volui, Quod ex Illis peditibus haydonibus, qui nuper Castellum Thurcarum Bokchya vocatum clam expugnauerant, Sex vel septem tantummodo de gyvla fuerunt, alij omnes Ad principem transsiluanensem pertinentes fuerunt qui omnes equos Thurcos quos lucrati fuerant, ad partes dicti principis Abduxerunt, Cui vnum, inter omnes Equos Elegantiorem donauerunt, in aljs equis in stipendio mensuali principi seruiunt, hec ea ratione M. vrę S. perscribere volui, Quod si forte Thurca de hac re quid ad vram M. S. scriberet sciret M. vra S. illi, iuxta meum scriptum rescribere, dominus deus omnipotens vram M. S. diutissime felicissimam conseruare dignetur. Ex Nykilsprgh 15. die Junij 1563.

S. M. vrę

fidelis ac perpetuus

Seruitor

Ladislaus Kerecheny

(Kivül: Sacre Romanorum atque Bohemie Maiestati Regię etc. dno dno meo semper clem<sup>mo</sup>.)

(Eredetije a bécsi cs. és kir. hadilevéltárban.)

## 428.

1564. júnus 15-én.

Nos gregorius Bettlen de Ikttar Banus Sebessiensis ac consiliarius sacrae regie maiestatis hungariae etc. Damus pro memoria Tenore presentium significantes Quibus expedit vniuersis. Quod accesserunt nostrum in conspectum personaliter, nobilis Nicolaus rada filius nobilis Quondam Johannis rekassi, a nobili domina martha filia olim domine dorothee, filie Quondam Blasÿ rada ac honesta domina catherina soror eiusdem vterina progeneri consors nempe prouidi georgÿ Hwnyadÿ necnon michael filius olim honeste frusine sororis eiusdem marthe, carnalis, ac prouidi Hankwl ac Georgius filij condam circumspetti Francisci Borzon ab eadem domina martha procreati, Qui omnes coram nobis pari voto eo modo retulerunt Qualiter Ipsi super inTegra portione eorum possessionaria in possessione mihadika habita, licet post longam inter se collitigationem factam, intercessionem certorum quorundam nobilium, virorum interipsos agendo, coram egregÿs georgio Wayda et petro pryzaka castellanis, Necnon Martino Brathouan Iudice nobilium Istius districtus Sebessiensis, Taliter concordassent, vt propterea dictus Nicolaus rada, Nam frater natu maior foret, et quia porcionis dicte possessionarie in omni euentu curam gessisset inTegreque hanc modo usque preseruasset. Dempta equali inter eosdem diuisione super inde celebratura. Idem Nicolaus rada De medio vniuersorum Jobbagonum Ibidem commorantium. Quattuor Qui sibi magis placerent eligeret. Cum solitis eorum sessionibus, puta instar ceterorum Jobbagonum, Ibidem existentium. Juxta veram ac rectam limitationem diuisionemque cedentes. Insuper Quod Eidem Quattuor Terras arabiles, Et Duo feneta Circa Curiam suam Illic habitam similiter delectiue adderent cederentque. Quibus ergo delectis vnus vocatur michael Vnthura, secundus petrus Vnthura. Tertius pazkotha. Quartus Dumitraza krachwnazka. Terrarum autem Illarum arabilium, due secus eandem Curiam nobilitarem continentur, alie vero due in loco gwra thurzkÿ-  
wlwÿ vna ab vno latere fluuÿ mihadika, altera ab alio adiacet.

Illorum autem duorum fenilium, vnum quod Juxta fonthanam pawl, aliud autem est, ab inferiori parte dicte Curie nobilitaris penes fluuium Mihadika, Quod et alioqui ab antiquo semper ad eandem Curiam pertinuit, Ideo omnia et quelibet premissa dicti fratres vniuersi vnanimi eorum voluntate eidem nicolao rada fratri Ipsorum natu maiori causis expremissis addiderunt et concesserunt perpetue pacis et vnionis causa vti possidereque perhennaliter In filios filiorum Ac heredum suorum per successores Imo in omnibus ac singulis premissis. Quam coram dictis castellanis et Iudice Nobilium, mediacione certorum proborum nobilium virorum Tam Etiam In presentia nostri concordauerunt et conuenerunt, ac In omnibus premissis perpetuo perdurare se mutuo firmiter deuinxerunt, presentium nostrarum vigore et Testimonio Mediante. Datum in arce Sebes In festo Natiuitatis sancti Joannis Baptiste, anno domini Millesimo Quingentesimo sexagesimo Quarto.

(Eredetije a Szereday család Itárában, Hunyadmegyei Lesnyeken.)

#### 429.

1566. julius 6-án.

Joannes Secundus Dei gratia Electus Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. fideli Nostro Egregio Joannis Endredi prefecto castris Sydowar Salutem et gratiam. Quia nos summam illam florenorum octuaginta in sortem census annui pendendi Incolis et Inhabitoribus possessionis nostre Sydowar florenis viginti minuendam, et ad florenos sexaginta concedendam clementer duximus, fidelitati tue harum serie mandamus firmiter, vt tu quoque praescriptos sexaginta tantum florenos, non autem plures ab ipsis exigere, tam diu quoad a nobis aliud superinde habueris in commissis modis omnibus debeas et tenearis praesentibus perlectis exhibenti restitutus. Secus ne feceris. Datum in Ciuitate nostra Karansebes, sexto die mensis Julij. Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo sexto.

Joannes Electus Rex m. p.

(Eredetije papiron a báró Jósika-család kolosvári Itárában, 38. csomag 1. darab.)

## 430.

1567. február 8-án.

In nomine Domini amen, Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo In profesto dominicae Carnisprivy, Ego Joannes Luka Lwgasyensis, alias Capitaneus Arcis Mwnkacz, Mecum in animo pertractans quod ratione degentium omnia prouidere, Cum nihil sit certius morte nilque hora eius Incertius et ne indispositus inueniar adhuc viuus et mente sanus de bonis ac facultatibus a Deo optimo Maximo mihi datis et collatis facio seu dispono Tale elogium coram Egregys Joanne Balog de Dauidhaza, Petro racz de Illancz Ztojan Racz de Czyleney, ac Paulo Dely, et alys honestis personis specialiter ad id vocatis. Myndeneknek Eleotte Lelkemet ayanlom Teremptew Istenemnek kezeben, es towabba Az en verzeryntt valo Attyamfyaïnak rokonymnak de kywaltkeppen Az en wczemnek Lwgassy Lwka Peternek meg eltemben mynden marhambol, penzembeol, Jozagymbol eleget toottem es vele Isten zeryntt meg oztoztam, megh Az my kegelymes kyralwnknak feyedelmwnknek Az Masodyk Janos kyralnak ez orzagba be Jeowetely elewtt Egy Zalagos Egeres newew Jozagtwl meg valwa melljet egyarant Zalagosyttottak es Attak kezewnkben myg megh valthattyak kytt Egyenlew keppenys elteonk es byrtwnk kytt Tynkowaï Caspar zalagba vettett vala wczemmel egyembe Zaz kylenczwen foryntertt, Vtolzor penyg mynden marhamatt, Jozagomatt, Twdnÿ illÿk Az Thama st patakanak felet mely Hwnyad varmegyeben vagyon, kyt-Az en meg mondott kegelymes kyralyom, hÿwseg es zolgalato mertt es verem hwllasaertt adott Ennem magamnak Es nem Az en Attyamfyaïnak kyhez semmy kezeok nynczen Es az odafel meg mondott Zalagos Egeres newew Jozagott ha meg valttÿk Az penzenek hasonfelet Az kylenczwen eott foryntott. Annak felette mynden Adossagymatt vgy myntt Sebessÿ Symon Janos haromzaz foryntott, Az en wczem Lwgassy Lwka peter hettwen foryntott, Zabo Myclos harmyncz foryntott, Coldo Jaxa Tyz foryntott kyk kez penzwl kertek es veottek fel Twllem kereskedes feyeben, en penyglen mynden Adossymuak meg eltemben eleget toottem. Es keozeonsegeskeppen

valamýtt ez Ideýg Isten által býrtam es kerestem az nemes Zemelnék az en hazas Tarsomnak Sebessy Zagorýan Magdalanak es az en es az w tyaýnak Lwka Caspar es Martonnak hagýom es vallom eoreokke býrný myntt Saýatomatt, melynek Býzonsagara es Ereossegere Aggywk az mý peczetwnk által meg peczyelteltettet Lewelwnket. Datum in Arce prefata Mwnkacz die et Anno praeinsertis.

(Eredetije a tinkovai Macskási-család Itarában XXI. csomag 679. szám. Négy apró pecsét nyomával.)

### 431.

1569. deczember 22-én.

Nos Joannes Thywadar es Bona Wayda castellani Nec non Martinus Brathowan Judex Nobilium districtus de Karansebes, Memorie commendamus tenore presentium Significantes quibus expedit vniuersis presentibus pariter et futuris Quod venientes nostri in presentiam Nobiles domina dorotea consors Bachuli de Karansebes ab una parte Exaltera Joannes et Stephanus Duma de Thinkowa, per eandem dominam doroteam sponte et libere eo modo fassa extitit Quomodo ipsam ninia necessitas ad summe vrgentem a prouidis Joanne et Stephano florenis quinquaginta et vnum leuasset pro quibus Ipsa partem siue portionem suam possessionariam In possessione Thinkowa, Zagwsan, Machkas et Rwhinos habitam et existentem, quem portionem a fratribus suis videlicet dotalem dedissent in quartalicio Eisdem Joanni et Stephano Duma nepotis e sorore Eidem carnale titulo pignoris coram nobis dedisset es Inscripsisset. Ita tamen vt si aliquando in processu temporum facultatem redimendi habuerit, extunc sine vlla ratione legalis aut strepitu, prius rehabitis pecunýs eisdem, postea pacifice et quiete ad manus earundem domine dorotee aut filýs et filiabus Earúndem, In Cuius Rei memoriam perpetuamque firmitatem has literas nostras Sigillis sigillis (igy kétszer) nostris munitas et roboratas eisdem Joanni et Stephano Duma dandas et concedendas duximus, et vnum fenetum Curialem in territorio inter fenetis grediste (...) existentem, Datum in Karansebes feria quinta ante Natiuita-

tem Domini anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Nono.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási család Itárában XIX. csomag 610. szám. Szöveg alatt, papírral fedett 3 apró pecsét, római gemma lenyomatok.)

### 432.

1570. február 6-án.

Nos Joannes Caspar Judex supremus ac Martinus Zabo, Laurentius Bogar, Joannes Zeribh andreas sisman, Joannes Boyko, Stephanus belan, Judices Jurati Ceterique Senatores oppidi Lugas. Memorie Commendamus Tenore presentium significantes quibus expedit vniuersis et singulis. Quod in nostram veniendo presenciam prouidus vir georgius Monsina omnium filiorum fratrumque suorum onus ac grauamina in se ipsum assumens ex sua libera voluntate fassus est. Qualiter vineam suam Constructam ac superedificatam per ipsum cum suis multis Laboribus ac expensis in promontorio serked ab oriente vinea Emerici dombraua, a meridie vinea Todori de feko ab occidente fenecia seu Terre arabiles dicte serkeoda septentrione vinea Joannis Moses vicini Cognoscuntur. Quam vineam Simulcum suis vniuersis vtilitatibus deuendit iam dicto Nobili Casparo Luka pro flor. 31. Im paratis solutis. Imo dedit Tradidit, contullit ac diuendit Jure perpetuo Irrenocabiliter in filios filiorum heredum heredes ac posteritatibus successoribusque Tenendam possidendam pariter et habendam nemo contradictore sub amissione sede ac humanitatis In cuius Rei vigorem ac Testimonium, dedimus literas nostras sub sigillo vsualli oppidi Lugas Munitas ac roboratas Jam dicto Nobili Casparo Luka In perpetuum Datum ex dicto oppido Lugos 6. die february Anno domini 1570.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási család Itárában XXI. csomag 673. szám. Szöveg alatt Lugos régi pecsété; koronáhól kiemelkedő farkas, feje előtt csillag, hátul hold, — zöld viaszban.)

**433.**

1571. június 13-án.

Nos Gaspar Oztrovj Franciscus Mothnoky Castellani et Matheus Tott Judex Nobilium districtus Karansebes. Memoriae commendamus per presentes Quod Nobiles Petrus et Nicolaus Maczkas Nostram venientes in presenciam, coram Nobis spontanea voluntate, fassi sunt in hunc Modum, Qualiter ipsi pro quibusdam suis Necessitatibus ad presens valde vrgentibus euitandis, totales porciones suas, nominatim vero Jobagiones suos Petrum Rusa, Michaellem Barla, et Chyoreczok in possessione Z a g w s e n Petrum et Ztanczul vladeni in possessione M a c z k a s, et Lupse in possessione R w s i n o s existentes habitos, terris arabilibus cultis et incultis Agris pratis Campis fenetis syluis Nemoribus Montibus vallibus Aquis fluuys, piscaturis, Molendinis et eorundem Locis Generaliter vero quocunque nominis vocabulo vocitatis ad Eosdem de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus pro florenis quin Centum et triginta vno Nobili Nicolao Mixa et per eum Joanni Mixa filio suo prout fratribus carnalibus ad tempus redemptionis titulo pignoris dedissent et Inscriptissent Ita tamen vt Anuatim in festo Natiuitatis domini semper habeant solummodo proprys suis pecunys et non alienis redimendi facultatem. Sicut coram Nobis modo premissis dederunt et Inscripterunt harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum in Arce Karansebes die tredecimo Mensis Juny. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási-család levéltárában XXI. csomag 674. szám. Szöveg alatt három apró pecsét zöld viaszban.)

**434.**

1572. november 14-én.

Nos Caspar Oztrovi, et Franciscus Motnoky Castellani, nec non Petrus Moses Judex nobilium districtus Caransebes memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit vniuersis modernis et futuris, Quod Nobiles Petrus et Michael Machkasy de Tynkowa, filj Nobilis olim

Nicolai Machkasy similiter de Tynkowa, nostram personaliter venientes in praesentiam, coram nobis oraculo viuae vocis, sponte et libere sunt confessi, et retulerunt in hunc modum, quomodo ipsi habentes respectum, ad illa gratuita merita, obsequia, ac favorabilem et multimodam complacentiam, quibus Egregy Nicolaus et Caspar Tott de Karansebes, fly videlicet Egregy olim Petri Tott de Karansebes ex domina Dorothea Machkasý consorte scilicet sua filia Nobilis olim eiusdem Nicolai Machkasy praefati, progeniti, in procurationibus caussarum, in Curia Regia, et etiam aliarum vbilibet motarum, sed etiam in omnibus necessitatibus ipsorum, pro locorum et temporum. varietate occurrentibus, ipsi affuissent, permoti etiam fraterno amore quo erga praefatos Nicolaum et Casparum Tott, nepotes suos afficiuntur, Insuper quia ydem Petrus et Michael Machkasy predicti, in summa inopia senectutis, exindeque imbecillitatis confecti, ydem Petrus et Michael Machkasy pro sexcentis florenis Hungaricalibus, per praefatos Nicolaum et Casparem Tott, coram nobis depositis, ac per eosdem Petrum et Michaellem Machkasy, plene et integre in paratis pecunys levatis, Totum Jus suum, totalesque et integras portiones suas possessionarias in possessionibus Tynkowa, Delar, Als ofelseo Machkas Ruginos Zagusen nec non praedy's Valedamin (igy), Dombraucza Zekas et Gerliste <sup>1)</sup> omnino in districtu Karansebes, et Comitatu Zeoreniensi existentibus habitas, simulcum cunctis earum portionum possessionariarum vtilitatibus et pertinentys quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis, et incultis, agris pratis, campis, foenetis, syluis, nemoribus montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontory's, aquis, fluuys piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis, ac ad eosdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis ueris metis et antiquis limitibus existentibus, praememoratis Nicolao et Caspari Tott nepotibus, ipsorumque haeredibus et posteritatibus vniuersis titulo pignoris dedissent, obligassent, Imo

<sup>1)</sup> Huszti András másolatában : Grediste.

dedérunt et obligarunt coram nobis modo praemisso. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum in Ciuitate Karansebes, die decima quarta mensis Novembris, Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo.

(Báthory Zsigmond fejd. 1589. évi átiratából, a gy. fehérvári káptalan Itárában.)

### 435.

1573. június 9-én.

Stephanus Bathory de Somlőo Wayuoda Transylvanensis et Siculorum Comes etc. Egregys et Nobilibus Bonç Wayda et Joanni Pribek Castellanis, Ladislao Onkannagiarto Judici Nobilium ac Joanni Zegedy Notario districtus Karansebesiensis, item Michaeli vaida, de dicta Karansebes, Benedicto literato de Batha, et Moisi Lwgassy Scribis Cancellariae nostrae ac Georgio gala de Harmadya, Michla dvgan de Dragomirest, Joanni Sebessy, Stephano Sebessy de Lwgas, Petro Moses, de Sebes, Michaeli, Joanni, Nicolao et Petro Mona de Berzauos, Caspari cherbicza de dicta Berzauos, et francisco Modlina de Lwgas, Salutem et fauorem, Cum nos attentis et consideratis fidelitate et fidelibus Seruicys Egregy Michaelis Balasfy de Lypa exactoris Rationum nostrarum, quae ipse Sacrae primum Regni Hungariae coronae, deinde nobis quoque summa diligentia propensoque animo exhibuit et impendit, ac etiam in futurum exhibiturus et impensurus est. Totales igitur et integras portiones possessionarias Nobilis quondam Dyonisy literati Thorma de Coloswar, in possessionibus Newryncze, et Velchesth, omnino in districtu Karansebesiensi existentibus habitas per mortem et defectum seminis eiusdem ad nos, consequenterque collationem nostram deuolutas et redactas. Totum item et omne Jus Regium si quod in eisdem portionibus possessionarijs qualitercumque existeret, aut Nostram ex quibuscunque causis, vjs, modis et rationibus concerneret collationem, Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet, terris videlicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, syluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque pro-

montorÿs, aquis, fluuÿs, piscinis, piscaturis, aquarum decursibus, molendinis et eorundem locis, Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, de iure et ab antiquo ad easdem portiones possessionarias, ac Jus Regium in eisdem habitum spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris et antiquis metis et limitibus existentibus, praemissis sic vt praefertur stantibus, eidem Memorato Michaeli Balasÿ suisque haeredibus et posteritatibus vniuersis, in perpetuum Saluo Jure alieno gratiose dederimus, donauerimus et contulerimus, velimusque eundem in dominium earundem portionum possessionariarum ac dicti Juris Regÿ in eisdem habiti medio vestri legittime facere introduci. Super quo commitimus vobis harum serie firmiter, quatenus acceptis praesentibus, Simul uel duo vestrum sub oneribus alias in talibus obseruari solitis, ad faciem dictarum possessionum Newryncze et Velchest consequenterque portionum possessionariarum predictarum dicti quondam Dionisÿ literati Thorma in eisdem habitarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatis et praesentibus accedendo, Introducatis praefatum Michaellem Balasÿ in dominium earundem portionum possessionariarum, ac dicti Juris Regÿ in eisdem habiti, statuatisque easdem et Idem, simul cum cunctis vtilitatibus, eidem, suisque haeredibus et posteritatibus vniuersis, praemisso iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint Euocetis eosdem ibidem ad decimum quintum diem a die huiusmodi contradictionis eorum computando, In curiam nostram scilicet in presentiam rationem superinde reddituros efficacem, Et post haec . . . . huiusmodi statutionis et executionis vestrae cum contradictorum et Euocatorum si qui (fuerint vicinorum)umque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt nominibus et cognominibus terminoque assignato vt fuerit expedienda, nobis terminum ad praedictum fide vestra mediante referre vel rescribere debeatis et teneamini. Secus non facturi praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Albae Iuliae die nona mensis Junÿ. Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo tercio.

(Eredetiÿe papiron a tinkovai Macskási-család ltárában XXI. csomag, 677. szám. A fejedelem pecsétje a szöveg alatt.)

## 436.

1573. június 26-án.

Nagisagos kegielmes Vrwnk es Nekwnk kegielmes feyedelmwnk, Eörökke walo hwsseges Zolgalatwnknak Aianlasanak wttanna. Jelenthýwk Nagysagodnak kegielmes wrwnk, hogy Balasfy Myhaly Lippay, Nagisagod Zaam weweöye, hoza mwnekwk az Nagisagod paranchyolattyat, kiben paranchiol wala Nagisagod Theob Hwej közeöt nekwnk, hogý Balasfy Myhalit Lippait es az w maradekytt, az megh holt Thorma Dienes deak Kolosswary Rýz Jozagiban, mely Ryzeket Býrth Newrinchien es Welchiest neweo falwokban, Karanssebes waarmegie Thartomaniaban, az Nagisagod paranchiolattya Tartasa zerint, Magwa szakattwl, es az wtan hany kýralý Igassaga Benne wolna, ký Nagisagodra szallot wolna, walamimodon az zerintis Bele Iktattnwkw es Benne hadnwkw, Mw azerth Engedelmessek akarwan lennj az Nagisagod Paranchiolattyanak, Zent Janos Nap wtan walo chyótörtókon Juniusnak 25 Nappian, ký menenk hogy Balasfy Myhalt es az w maradekytt, az megh holt Thorma Dienes Deak kolosswary, Reez Jozagiban, Kýket Býrt Newrinchýe es Welchiest falwokban. Bew Iktasswk es Benne hadgywk; Mykoron Azert az Newrinchiej es Welchiestj hatarban Jwtattwnkw wolna Iwenek Eleonkben, Modlina Menihart Fodor Mýhalý Kipiben es Deesy Janos wmaga kýppiben, kerdenek, hogj howa menenk, es mondanak allion megh kegielmed wгимond Ispan Wram ne menj Thowab ez hatarban. Aazonba kardot wona Modlina Meinhart, es azt monda, Ewel Tyltiwkw kegielmedet Balasfy Myhali Towab ne menj az hatarba foglalnj mert Tyltiwkw az megh holt Thorma Dýenes deak Kolosswary, Ryz Jozagytt mind Newrinchyen es Welchiesten, mert mwneket Illet mw wagywnkw wirók Benne. Mw lattuan az kardal walo Tylalmat, Balasfy Mýhalý ellen, az Repwlsionak megh allank, es Thowab nem menenk, hanem mindgiarast, az Nagisagod Paranchiolattýa Tartasi zerint, wket ok adasra Tyzen coteod napra. Nagisagod paranchiolattiwál, Nagisagod Eleýben Intwk Balasfy Myhalý ellen es oztan az hatarbol ký menenk mintgiarast, ezkor welnwkw walanak, hataros zomzed Nemes Embeor

Modlina ferencz, Bokosnicza Mýklos Karansebessy, Mone Mýhalý nemes Embeoreok Ban wram zolgaý, Way Ferencz, Galachý Istwan Szekelý Sebestien, Baxay Imróh es Tóbekb, ezt Mw Nagisagodnak hwtwnk zerint Irtwk. Az wtan ismet zent Janos nap wtan walo Pinteken. Bogar Lörincz Jwe el-eonkben, es wýs Thorma Dienes Deakne kepiben es Atthýa-fýaý kepiben Tylalmat Twn Balasfy Myhaly ellen, de nem Twda megh mondaný sem Thorma Dienes deakne newet sem Athiaffiaý newet ký legien neweok, Mw azert wketh az Nagisagod paranchiolatthia tartasa zerint, Balasfy Myhaly ellen ok adasra, Tyzen eoteod napra Nagisagod eleiben Intwk es hywk, ezth hwtwnk szerint Irýwk Nagisagodnak. Az hatalmas Isten Tarchia megh Nagisagodat. Ez Lewel költ L w g a s o n Zent Janos nap wtan pintekeon Anno 1573.

#### Nagisagodnak

Eörökke walo hwej es zolgaý

Wayda Bona, Karanissebeswar . . . .

Kalabýa . . . . .

Myhaly . . . . .

(*Kivül*: Illustrissimo ac Magnifico Domino et Domino Stephano Bathori de Somlio, Woiwodę Transylvaniensi, Siculorumque Comiti etc. Dno et Dno nobis gratiosissimo.)

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási-család ltárában (?) csomag 676. szám. A pecséteknek csak feltjai és átvágásai láthatók. Az aláírások egy része kivágatott.)

### 437.

1573. november 29-én.

Nos Stephanus Bathor de Somlyo Waiuoda Transyluanus et Siculorum Comes etc. Memorie commendamus perpre-sentes Quod Egregý Michael literatus Basilý Lýppensis, Exactor rationum nostrarum ab vna, ac Michael Fodor de Karansebes ab alia partibus coram Nobis personaliter consti-tuti matura intra sese deliberacione prehabita sponte et libere sunt confessi pariterque retulerunt in hunc modum, Quod licet superioribus temporibus inter ipsas partes ratione et pre-textu totalium porcionum possessionariarum, in possessionibus Newrinch et Welchezd vocatis in Comitatu Zewri-niensi et districtu Karansebesiensi existentibus habitaram, per

nos eidem Michaeli literato Basily per mortem et defectum seminis nobilis condam dionisÿ literati Thorma de Coloswar Simul cum toto et omni Jure Regio si Quod in eisdem porcionibus qualitercunque haberetur collatarum varię lites et contradiccionum materię ortę et suscitată fuissent, Tamen partes e . . . Sano inductę consilio volentes etiam litibus quarum Exitus Incertus est finem facere, amilicabique et fraternali amore frui ad talem Infrascriptam pacis et concordie deuenissent vnionem, prout sese eo modo deuenisse retulerunt, Quod videlicet prenotatus Michael fodor Ipsi Michaeli literato Basily florenos sexaginta quinque . . . et vsualis monetę per eundem Michaelem literatum Basily plene et integre coram Nobis leuatos ac perceptos dedisset et persoluisset, Dictus etiam Michael literatus Basilÿ totales et integras predictas porciones possessionarias possessionibus et Comitatu, districtuque prenotatis existentibus habitas omni eo Jure . . . per . . . illatę fuerant, literis etiam donationalibus super eisdem porcionibus possessionariÿs per ipsum Michaelem Basily a nobis extractis manibus eiusdem . . . . . et assignatis Eidem remisisset et resignasset Nullum Jus nullamque Juris et dominÿ proprietatem, si quod in prescriptis porcionibus possessionariÿs qualitercunque habere sperasset, pro se, haeredibusque et posteritatibus suis reseruando, sed totum et omne Jus suum in eisdem habitum Literis etiam quibuslibet causalibus in prosecutione premissę causę per alterutram partium extractis cassatis et annihilatis, ac nocituris in Judicio exhibendo relictis, necnon quibuslibet Judiciorum oneribus condescendo, in prememoratatum Michaelem fodor suosque haeredes et posteritates vniuersos transtulisset et transfudisset pleno cum effectu prout remisit resignauit transtulitque et transfudit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum in Ciuitate Coloswar die . . . ima nona mensis Novembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo tercio.

Ita est:

(P. H.) Franciscus Forgach  
Cancellarius m. p.

(Eredetije papiron a tinkovai Maeskási-család levéltárában XXI. csomag, 678. szám. Nagyon elrongyolott.)

**438.**

1575. május 20-án.

Nos Bona Wayda et Joannes Rakowczyaÿ Castellani, Nec non Petrus Moses Judex nobilium districtus Karansebes, Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit vniuersis Quod Nobilis Nicolaus Maczkas de tynkowa nostram personaliter veniens in presentiam coram nobis sponte et libere est confessus et retullit in hunc modum, Qualiter ipse pro quibusdam suis necessitatibus ad presens valde vrgentibus euitandis a Nobili Joanne Duma florenos decem in paratis et numeratis pecunÿs leuare coactus fuisset pro quibus totalem portionem suam Syluarum de Magwr de promonthorio decimarum et in Izlas vocato similiter totalem partem suam exinde cedendo, cum omnibus prouentibus vsu fructuum perceptionibus emolumentis et pertinentÿs quibuslibet in possessione Tynkova existentibus habitis prefato Joanni Duma infra tempus redemptionis titulo pignoris dedisset et inscripsisset, Sicut coram nobis modo premissis dedit et inscripsit harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum In Ciuitate Karansebes die vigesima Mensis Maÿ Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quinto.

(Eredeti je papiron a tinkovai Macskási-család ltárában XIX. csomag, 612. szám. Szöveg alatt három pecsét zöld viaszban. A harmadik pecsét ezen körirást mutatja: *Sigillum districtus Karan.* Belseje jobb felől, jobb oldalról kinyúló kardos kéz, a másik képlet nehezen kivehető, tán tarisznya.)

**439.**

1576. február 1-én.

Stephanus Bathory de Somlÿo Waiuoda Regni Transylvaniae et Siculorum Comes, fidelibus nostris honorabilibus Requisitoribus literarum et literalium Instrumentorum in sacristia siue conseruatorio Ecclesie Albensis Repositarum, ac quarumlibet aliarum Judiciarum deliberationum, et legitimorum mandatorum executoribus ad id delectis fidelium seruitiorum, fidelis

nostri Egregy Volphangi Betlen de Iktar, familiaris nostri, quae ipse in primis huic Regno nostro et deinde nobis, ad omnes fere occasiones, potissimum vero, in proximo bello nostro, dum videlicet Regnum Istud, intestinis nonnullorum nostrorum et huius Regni nostri Rebellion, et coniuratorum factionibus laboraret, ac Casparem Bekes, notorium, et praescriptum, huius dicti Regni nostri hostem, aemulumque nostrum, ipsis coniuratorum factionibus, atque alys externis auxiliys, germanicis, et finitimis hungaricis militibus adiutum, clam et sub dolo, fraudulenterque irrumpentem, contra dignitatem nostram, et quietum Regni nostri statum, hostili animo graues f(aci)ones, et varios tumultus concitantem ad Castellum Sancti Pauli prope fluuium Marusium, faelic(im)arte profligauimus. cum caeteris fidelibus nostris dominis Nobilibus, summa animi sui dexteritate, exhibuit et impendit, ac in futurum quoque exhibiturus et impensurus est, Totalem igitur et integram Curiam nobilitaram, in oppido Illye, necnon totales et integras portiones possessionarias, in possessionibus Vorchya, Zelystye, Vyzka, Rememeny, Fenyese, Danilest, Bratotest, Gothattya, Eolyues, Czyertes et lonka in Hunyadiensi, Item in Prucz, Dragumilest, Zechen, Zynitest, Barbatest, Oborse, Gumlymelÿ, Almasely, Zelystye, Thamasest, Dragubaratest, Zam, Almas, Izpin, Glod, et Petrisse vocatis, in pertinentys Almas et Orodiansi comitatibus existentibus habitas, quae alias Volphangi Kabos praefuerant, sed ex eo quod idem Volphangus Kabos, immemor fidei, et fidelitatis suae nobis et huic Regno nostro debitae dicto Gaspari Bekes, notorio adhesisset <sup>1)</sup> partesque eius, et factiones vna cum alys coniuratis sequendo, ac cum eodem contra auctoritatem nostram, statumque Regni publicum, arma capere veritus non fuisset, ob idque iuxta fidelium nostrorum dominorum Regnicolarum Judiciariam deliberationem, in comitys eorum generalibus, ad festum Beati Jacobi Apostoli, Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quinto,

<sup>1)</sup> Békes még 1571-ben mint II. János hive és követe járt II. Miksánál.

proxime elapso, in Ciuitate nostra Colosvariensi, ex edicto nostro celebratis factam, in notam perpetuae infidelitatis, ac amissionum omnium bonorum incurrisset, ad nos, consequenterque collacionem nostram, rite et legitime deuolutae esse perhibentur, et redactae, Totum Item, et omne ius Regium, si quod in eisdem, Curia nobilitari, ac portionibus possessionarijs, in praescriptis possessionibus qualitercunque existeret, aut eadem et Idem nostram, ex quibuscumque causis, vjs, modis, et rationibus concernerent collacionem, ac pariter cum cunctis earundem vtilitatibus, et pertinentijs quibuslibet terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, faenetis, siluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorijs, aquis, fluuijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis Generaliter vero quarumlibet vtilitatum, et pertinentiarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, ad praedictam Curiam nobilitarem In Oppido Illye, nec non portiones possessionarias, ac dictum Jus Regium, in praescriptis possessionibus habitum, de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, Eidem memorato Volphango Betlen, suisque haeredibus et posteritatibus vniuersis de mera et plena autoritate nostra, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum, in perpetuum saluo Jure alieno, clementer dederimus, donauerimus, et contulerimus, velimusque eundem in dominum earundem, ac dicti Juris Regij in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines, legitime facere introduci, Superquo harum serie fidelitatibus vestris commitimus et mandamus firmiter vt acceptis praesentibus vnum e medio vestri transmitatis pro testimonio fide dignum, Quo praesente, Egregius et nobilis Ladislaus Zalanczhy de Braniczka, comes comitatus Albensis, vel Nicolaus Boytorj de Veczel, aut Vitus Pestessy siue Joannes Uiskelczhy, seu Ladislaus Nemes de Nemethy, Nam Joannes Chynka, namque Michael Gelert, Euium Bartholomeus Elekes, Etenim Andreas Chenege de Haro vel Laurentius literatus Notarius aut Jacobus Kerezthvri Judex nobilium comitatus Hunyadiensis siue Tobias Rauczdy de Arany, seu Andreas Nemes de Nemethy, Nam-

que Paulus Batiz, de Alpestes, alÿs absentibus, homo noster per nos ad id specialiter transmissus ad facies praescriptarum Curiae nobilitaris, In oppido Illye, necnon portionum possessionariarum in possessionibus annotatis Vorchia, Zelysthya, Vyzka, Rememeny, Fewyest, Danilest Bratotest, Gothatty, Eölyuest, Ozhyertes et Lonka in Hunyadyensi, item in Prucz, Dragumilest, Zethen, Zynitest, Barbatest, Oborse, Gumlimelly Almasely, Selistie, Thamasest, Dragubaratest, Zam, Almas, Izpin, Glot, et Petrisse existentium, vicinis et commetaneis, earundem vniuersis inibi legitime conuocatis, et praesentibus accedendo introducat prefatum Volphangum Betlen in dominium earundem, curiae et portionum possessionariarum, ac dicti Juris Regy in eisdem habitaram statuaturque easdem et idem eidem ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis, simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinentÿs quibuslibet praemissae donationis titulo, ipsi incumbenti, perpetuo possidendas si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem ibidem contra annotatum Volphangum Betlen, ad decimum quintum diem a die huiusmodi contradictionis eorum exhinc fiendae computando in Curiam nostram, nostram scilicet inpraesentiam rationem contradictionis ipsorum reddituros efficacem, Et eandem vos huiusmodi Introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et euocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus et cognominibus terminum ad praedictum vt fuerit expedienda ad Relationem nostri et vestri hominum consciencie suo modo nobis referre vel rescribere debeatis et teneamini Secus non facturi, Datum in Ciuitate nostra Megyies prima die mensis Februarÿ. Anno domini Millemo Quingentesimo Septuagesimo Sexto.

(Kivül: Fidelibus nostris honorabilibus Requisitoribus videlicet literarum et literalium Instrumentorum in Sacristia seu Conseruatorio Ecclesie Albensis Repositarum, ac aliarum quarumlibet Iudiciarum deliberationum et legitimorum mandatorum nostrorum executoribus ad id delectis, pro fidei nostro Egregio Volphango Betlen de Iktar Introductionia et Statutoria.)

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan ltárában Diversorum Comitatum Cista. 1. fascicul. 4. Nr. 47. Kivül a levelet lezáró pecséttel.)

## 440.

1578. március 9-én.

Nos Christophorus Bathory de Somlyo Waywoda Transsylvaniae et Sicularum Comes etc. Memoriae Commendamus Tenore praesentium significantes quibus expedit vniuersis Quod nos Cum ad nonnullorum, dominorum consiliariorum nostrorum Intercessionem nobis propterea factam, Tum uero attentis et Consideratis fidelitate et fidelibus seruitüs Egregiorum Bonae et Nicolai Wayda de Karansebes, nobis pro locorum et temporum varietate Exhibitis et impensis, ac in futurum quoque exhibendis et Impendendis, Totale et Integrum Molendinum duarum Rotarum in fluuio Teomeos in Territorio possessionis Sydowar in Comitatu Zeoreniensi in districtu Karansebes existentem habitum, quod alias Egregy Joannis Endredy preuisisset sed per mortem et defectum seminis eiusdem ad nos consequenterque collacionem nostram iuxta approbatam huius Regni legem rite et legitime deuolutum esse perhibetur, simul cum toto et omni Jure Regio si quod in prescripto molendino qualitercunque existeret, aut nostram ex quibuscunque causis, vñs, modis, at rationibus concernerent collacionem, Ac pariter cum cunctis eiusdem utilitatibus, obuentibus et prouentibus, Emolumentisque ad dictum molendinum Jusque Regium de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, memoratis Bonae et Nicolao Wayda ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis de mera et plena autoritate nostra in perpetuum clementer dedimus, donauimus et Contulimus Imo damus donamus et Conferimus Jure perpetuo et Irrevocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum. Saluo Jure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum Datum Albae Juliae nona die mensis Marty Anno domini Millesimo Quingentesimo septuagesimo octauo.

Christophorus Bathory  
de Somlyo m. p. (P. H.)

(Eredeti je papiron a gy.-fehervári káptalan Itárában, Cista Zarand, Fascicul 2. Nr. 25.)

## 441.

1580. június 5-én.

Nos Christophoos Bathori de Somlio Vaivoda Transsylvaniae et Siculorum Comes etc. Memoriae commendamus tenore presentium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos cum ad nonnullorum dominorum consiliariorum nostrorum nobis propterea factam intercessionem, Tum vero habentes rationem eximiae pietatis, eruditionis et in promulgando verbo dei strenuae diligentiae, honorabilis Stephani Gyercza de tothwara d g i a, pastoris ecclesie ciuitatis nostrae K a r a n s e b e s, quibus nobis non obscure commendatur: attentis etiam et consideratis fidelitate et fidelibus seruitys eiusdem, nobis, simulque huic regno pro possibilitate sua exhibitis et impensis, ac in futurum etiam exhibendis et impendendis Domum eiusdem Stephani Gyercza, in oppido nostro L u g o s, cui ab oriente domus Georgy Lukach, et relictæ Petri Dobromir, ac occidente hortus pastoralis, et domus Ladislai Dobromir, a meridie domus Michaelis opinkas ab aquilone uero hortus praefati Georgy Lukach, in vicinitate esse dicuntur, in eodem districtu L u g o s et Comitatu Zeoreniensi existenti habitam, ab omni censuum, taxarum et contributionum nostrarum, tum ordinariarum, quam extraordinariarum, lucrique Camerae nostrae solutione, item decimarum et nonarum, tam vini, ex vineis suis, quas scilicet ad praesens in promontorio eiusdem oppidi L u g a s possidet, quam vero frugum cuiuscunque generis, ex agricolacione sua, prouenientium, pensione, item seruitiorum plebeorum exhibitione, gratiose, in perpetuum eximendam et supportandam duximus, prout eximimus et supportamus presentium per vigorem. Quo circa uobis vniuersis et singulis, Egregys, Nobilibus, domino T h o m a e T h o r n i, B a n o item Castellanis, exactoribus contributionum, ac decimatoribus districtuum Karansebes et Lugas, nec non Prudentibus et circumspectis, Iudici et iuratis ciuibus dicti oppidi nostri Lugos modernis et futuris, praesentes visuris harum serie committimus et mandamue firmiter, ut nos quoque a modo deinceps, domum praefati Stephani Gyercza a solutione

praemissorum censuum, taxarum, et contributionum nostrarum, tam ordinariarum, quam extraordinariarum lucrique Camerae nostrae ac decimarum et nonarum, tam vini quam frugum, modo praemisso pensione item seruitiorum exhibitione, in perpetuum exemptam et supportatam habere, neque ipsum aut haeredes et posteritates ipsius vniuersis, ad praemissa omnia pendenda et subeunda, cogere et compellere, vel propterea in personis rebus et bonis eorum turbare molestare aut damnificare: Sed eosdem in hac gratiosa exemptione nostra conseruare, et per eos quorum interest, vel intererit conseruari facere debeat et teneamini. Secus non facturi, presentibus per lectis exhibenti restitutis, datum Albae Juliae, quinta die Juny Anno domini Millesimo Quingentesimo octogesimo.

Christophorus Bathory  
de Somlő m. p.

Volfgangus Kowachoczy  
Cancellarius. m. p.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan Itárában Cista Zaránd Fascicul 2. Nr. 40.)

## 442.

1580. augusztus 26-án.

Christophorus Bathori de Somlio Waiuoda Transyluaniae et Siculorum Comes etc. Vniuersis et singulis Institoribus et mercatoribus, alys etiam cuiusuis conditionis hominibus, qui scilicet lanas ouinas ex districtu Karansebesiensi et Lugasiensi in hoc regnum aduehunt Salutem et fauorem. Cum intelligamus ex fideli relatione Senatus Cibiniensis jam olim et ab antiquo vsu receptam et obseruatam fuisse consuetudinem lanas: si quas ex dictis districtibus Karansebes et Lugas in villas constitutas in sede Cibiniensi, ad distrahendum adueheretis; Ante depositionem in eo loco lanarum quo forent uendendae, prius in ciuitatem Cibiniensem ducendi, ibique librandi et ad mensuram de quantitate examinandi. Ex qua libratione certi redditus pauperibus xenodochy Cibiniensis venissent. Ea consuetudine nuper per non nullos vestrum neglecta, cogitare etiam alios sine libratione illa Cibiniensi lanas suas in dictas

villas Cibinienses inducere et venum proponere, In praeciudicium dictae consuetudinis iam antiquitus observata, atque redditus xenodochy Cibiniensis, Nos ad praeces Cibiniensium, qui suas consuetudines, in vigore conseruari a nobis suis humilimis supplicationibus postulabant, Aequum censuimus et nostri muneris, eorum Jura et consuetudines longo tempore observatas tueri et in vigore retinere, Id itaque eisdem annuendum et concedendum duximus, vt ipsi ysdem Juribus et consuetudinibus in libratione lanarum, quibus antea vsi sunt, de caetero quoque vtantur, prvot annuimus et concedimus per praesentes, vobis autem committimus at mandamus firmiter, vt vnusquisque vestrum Juxta antiquam consuetudinem lanas in pertinentias Cibinienses ducendas ad vendendum, primo statim tempore Cibinium deducat et ad librandum praebat, solitas pensiones librationis persolvat. Alias transgressores, poenam consuetam et in talibus alias vsitatam multam luant. Secus non facturi praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Albae Juliae vigesima sexta die Augusti. Anno domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo,

Cristophorus Bathori  
de Somlyo m. p.

(Eredetije a száz nemzet szebeni Itárában Nr. 1170. Szöveg alatt pecsét.)

#### 443.

1581. június 25-én.

Mi kik Vagiunk Orzag Myklos, Orzag Pether, es Peyka Myklos, Agiunk Emlekezetre, mindeniknek kiknek illik Mos-thaniaiaknak es kóvetkeozendeoknek, Hogj mikoron irnanak. Anno Domini 1581. Ezthendeoben szenth Peter aposthol nap elöth Vallo vasarnapon, Juuenek mj eleinkben, Az Nemes Zemelik, Tudni illik egjfelöl Rokzanda, azonmj farkas Pether leiannia, Az nehay Zeiko felesége, Mas felöl penig Mothnok, farkas, melj meghmondoth azonmj, mi eleinken zabad akarattia zerinth eleuen nielueuel, igh Vallia magath, hogj azmi keues iozagoczjka Wolna nekj z a k o n es M o r e n e z y e n azth aiozagoth, farkas Petherne enek az annia Valthotta Volna kj

idegen kezbul, kith tudnak sok iamborok, meli iozagh Vagion Zeoreni Varmegieben, Karansebes thartomanniaban Azth az megh neuezeth ioszagoth, mind zantho féldekel, szena rethekel reuידeden minden haznaiual, iouedelmiuel es hozza tharthozandoiual, zalagittja. Az Nemes szemeljnek, Motthnokj farkasnak, huszoneoth forinthban, illien kondittio allath, hogj biria es tharczia, medigh az felsó czarina el uegezendik, kj Z a k es morency keozeth Vagion, es a felseo czarina vegezese vtthan, azth asuma pinzth le thezj Rokzanda azonnj Motthnoki farkasnak, thartthozik minden perpatfar nelkul Mothnoki farkas pinzeth feluenj, eztis hozza teonen ha akor sem agiak, Pinzeth Motthnokj farkasnak tarthassa, es birhassa, megh az also czarina o z e s t h i a newu Vegezendik es ha akor le thezj Rokzanda azt asuma Pinzth Motthnokj farkasnak ozestia neuen C z a r i n a vegezese utthan, tharthozik Motthnokj farkas kezehez ereztheni rokzanda azonnak, De Pinz nelkul se rokzanda azon se az eo fiaj uagj leianni, senki semikeoppen ne haborgasának, se thule ne uehessenek. Aztis Vallia Rokzanda azonnj hogj senkj azeo attiafiáj keozul ne legien zabad letheni azth asuma pinzth Motthnoki farkasnak az megh mondoth iozagerth, hanem zinthe Rokzanda azonnj auagj azeo fiáj vagj leiannj, miuel hogj az annia Valthota idegen kezbul, Azerth tharthassa es birhasa, megh az neuezett suma Pinzth lethezj, Rokzanda Azonnj minth Saiattiath, Melj dolognak nagioib igasagerth, es erosegert, atthunk mi az feliul megh irth Zemeliék, ami leuelunketh Peczethunk alath, megh komfirmaltathuan, keolth Karansobesen, az feliul megh irth napon es ezthendeoben.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan Itarában Cista Zaránd. Fascicul. 2. Nr. 14. Szöveg alatt két apró pecsét.)

#### 444.

1581. december 7-én.

Mi nehaj Lugassi Luka Janosne Magdalin, es Luka Marton, adgiuk emleközettre ez mi ielen ualo leuelwnknek rendiben. es ualliuik, hogj bizonyos okokbol es szwkseges dolgainkból es indittatuan es kenszerittetuen annak felette minden attiankfiainak, terhet reiank ueuen, min-

den mi reszwnkett, melly Hegieresbe vagion, Karan Sebes warmegieieben, az az, az Jobbagiokat az meg holt Vitezlw Luka Gasparral ketté osztottuk uolt, de az Jövedelemnek ket resze szolgaltatot minekwnk, az mellet Gidestbe ualo reszwnket, annakis Jövedelemnek harmada nez Vitezlw Luka Gaspar maradekiara, minden hozzaiok tartozó hasznauual es Jövedelmewel egietemben es öröksegewel, akar minemw neuzettel neuztessenek Az Vytezlw Nemes szemmelynek Lugassi Modlina Ferencznek, es az w örökösinek s maradekinak, semmi tulaidonsagot es urassagot maguuknak ot nem marasztwan Zaz es harmincz magyar forintba zalagitottuk kötö leztettwk es irtuk, mind awal az tulaidonsaggal es birodalommal, az melliel Mi birtuk es tartottuk: Illien moddal hogy ha wdöne k követközendö uoltaba uagy minekwnk uagy maradekinknak kinek kinek mind saiat magatul ki valtásra ualo tehetsége, es nem idegen penzel, leszen, tehat Karaczon napba wisza ualthassa, es w is auagy maradeki, minden pörpattuar nelkwl uisszá tartozzek adni es engedni az megnewezet somma penszt fel ueuen. Kötölözven arrais magunkat hogy az megirt Modlina Ferenczet annak az Joszagnak bekesseges urasagaba minden törvény szerent ualo haborgatok ellen, tulaidon kölczegwnkel es faradsagunkal meg otalmazzuk. Mellý dolognak bizonsagara es erősegere adtuk az mi leuelwnket tulajdon peczetwnkel meg confirmaluan. Datum in oppido Lugass septimo die Decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo primo.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan Itarában Cista Zaran dien. Fascicul. 2. Nr. 60. Szöveg alatt két apró pecsét zöld viaszban.)

#### 445.

1582. december 31-én. -

Nos Joannes Thywadar ac Nicolaus Flore Castellani Necnon Ladislaus Laczug, Judex Nobilium districtus Karansebes Memorie commendamus tenore presentium Significantes quibus expedit vniuersis modernis pariter ac futuris: Quod veniens nostri in presenciam Egregius Nobilis Petrus Machkasi de t i n k o w a et coram nobis personaliter constitutus sponte ac libere fassus est in hunc modum. Qualiter ipse pro quibus-

dam suis arduis necessitatibus euitandis coactus fuisset assumere Quadraginta florenos a generosa Nobili domina Barbara Relicta Egregy quondam Stephani Machkasi, pro quibus ab eadem Integre leuatis totalem ac Integram portionem possessionariam in possessionibus Tinkowa ac Delar omnino in Comitatu de Zeorin et districtu Karansebesiensi existentem habitam, simul cum cunctis earundem vtilitatibus et pertinentys agris pratis campis fenetis, syluis, Nemoribus, spine-tis virgultis molendinis, eorundemque locis vineis eorumque promonthorys generaliter vero cunctis vtilitatibus ad eandem pertinentibus quonis nomine aut vocabulo vocitatis. Eedem generosae Nobilis dominae Barbarae Relictae dicti Stephani Machkasi de Tinkowa pignoris titulo dedisset ac vsque ad tempus Redemptionis Inscriptisset. Talj tamen conditione Interjecta, vt prefata domina Barbara vel sui posteritates, vno Jobagioni suo Georgio in qualibet Czarina vnum vnum Jugerum terre arabilis ex sua portione Impignorata dare debeat et teneatur, item vt dum et quandocunque vel ipsi vel sui posteritates rehabere voluerint, depositis supra scriptis pecunys statim sine vlla Calumnia rehabere possint ac valeant. Sicut coram nobis modo premissis dedit ac inscripsit harum nostrarum vigore ac testimonio literarum mediante, Datum in Ciuitate Karansebes feria secunda post diem Natiuitatis domini Anno domini 1582.

(Eredetiye papiron a tinkovai Macskási család ltárában XIX. csomag 613. szám. Szöveg alatt 3 peesét zöld viaszban.)

#### 446.

1584. augusztus 3-án.

Nos Stephanus, dei gratia, Rex Poloniae, Magnus dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Kiouiae; Volinae, Podlachiae, Liuoniaeque etc. Princeps Transyluaniae Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit vniuersis; Quod cum Illustrissimus quondam Princeps, dominus Christophorus Bathori de Somlio, Vaiuoda Transyluaniae et Siculorum Comes ac frater nobis desideratissimus, certorum quorundam debitorum causa, Egregio quondam Stephano Tompa tunc Bano suo Karansebesiensi primum arcem Sidowar inscripsisset, dein uero quibusdam

necessarijs ex rationibus inductus, ea arce cum pertinentijs omnibus ab eodem Stephano Tompa recepta, totales et integras possessiones Korod et Papfalua, <sup>1)</sup> pro eadem summa mille octingentorum florenorum ipsi Stephano Tompa obligasset, que ex hac luce decedente, mortuo etiam haerede suo unico filio Nicolao Tompa, ac etsi iuxta iudiciariam deliberationem sedis iudiciariae Illustrissimi Principis domini Sigismundi Bathori de Somlio, Vaiuodae Transyluaniae et Siculorum Comitibus etc. Nepotis nostri carissimi, res vniuersae mobiles ipsius Nicolai Tompa tanquam legitimis haeredibus, filijs et filiabus fidelis nostri Magistri Stephani Apafy de Apanagyfalua, Consiliarij nostri adiudicatae essent, tamen ex eo quod suo tempore se se in ysdem bonis iuxta literas priuilegij sui non statuissent, inscriptio praedictarum possessionum, summaque mille octingentorum florenorum, ad fiscum nostrum deuoluta extitisset, annotataeque possessiones per nos receptae, fidelique nostro Generoso Blasio Hauasely perpetuo iuris titulo donatae et collatae sint; Nos nihilominus dignum habentes respectum, multorum seruitiorum, insignis constantiae, laudabilis uirtutis, praeclaraeque fidei dicti Stephani Apafy, diuersis, uarijsque rerum, temporum, fortunae, locorumque occasionibus et opportunitatibus, summa diligentia, sollicitudine, industria, et commendata integritate, praesertim in arduis, laboriosis difficilisque legationibus, pro commodo, et salute propriae suae Reipublicae Transyluaniae, cum commemorando nominis sui laude, quietum propriae statum uita cariorem ducentem, omni-que cura salutis suae postposita, per eum susceptis, nostrae Maiestati exhibuit et impendit, rigoremque dicti iuris mitigare uolentes; Totale et integrum castrum praedictum *Sidowar* ac totales et integras possessiones ad illud pertinentes, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, siluis, alpibus, nemoribus, montibus, vallibus, uineis, uinearumque promontorijs, aquis, fluuijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter uero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quouis nominis uocabulo uocitatis, ad praec-

<sup>1)</sup> Kolos megyében fekszenek.

dictum castrum, possessionesque ad illud pertinentes, de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis ueris metis et antiquis limitibus existentibus, Memorato Stephano Apafy suisque haeredibus et posteritatibus vtriusque sexus uniuersis, priorem summam mille octingentorum florenorum; ex gratia nostra Regia erga ipsum Stephanum Apafy auctor. reddē, in et pro summa duorum millium florenorum Vngaricalium duximus inscribendum et oppignorandum, assecurantes eundem Stephanum Apafy, et eidem uerbo nostro Regio promittentes, quod dictum castrum, praefatasque possessiones ad illud pertinentes ab eo et suis haeredibus eousque neque nos, neque successores nostri aut ŷ quorum interest seu intererit, auferent, neque per alios quospiam auferri curabimus. Sed potius eundem Stephanum Apafi, suosque haeredes in pacifico dominio eiusdem castrum, possessionumque conseruabimus, et contra quosuis defendemus, successoresque nostri vel ŷ quorum interest seu intererit, conseruabunt et defendent, quousque praescripta summa duorum millium florenorum Vngaricalium plene eis persoluta dinumerataque fuerit, qua rehabita et percepta, ipse vel sui haeredes, sine ulla difficultate, citraque ullum iuris strepitum, commemoratum castrum possessionesque ad illud pertinentes, nobis aut successoribus nostris, uel illis quorum interest uel intererit, remittere debeant mox et defacto; una cum armaturis, instrumentisque bellicis in eo castro repertis, a ceruisque et frugibus ac alodiaturis, generaliterque rebus omnibus, quouis nominis uocabulo uocitatis et comprehensis, iuxta prescriptum inuentarium manibus eiusdem Stephani Apafi tempore intromissionis tradendas et assignandas; Imo inscribimus, oppignoramus, assecuramus et promittimus, modo premissis tenendas, possidendas pariter et habendas, saluo iure alieno; harum nostrarum sigillo nostro annulari obsignatarum uigore et testimonio literarum mediante. Datum in arce nostra Regia Grodnensi tertia die mensis Augusti, anno Domini millesimo, Quingentesimo, octogesimo Quarto; Regni uero nostri Nono.

Stephanus Rex m. p.

Georgius Chakor  
Secretarius m. p.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan ltárában Cista Zarand Fascicul. 2. Nr. 45. Másolatban gr. Kemény Józsefnél : Diplomatar. Transilv. Appendix XII. 293. szám, az erdélyi Muzeyumban. Báthory Zsigmond Liber Regiusának másolata I. 386. lap, az erdélyi kormányzóknél.)

#### 447.

1584. a napi keltezés kiveszett.

Sigismundus Bathori de Somlyo, Wayuoda Transyluanie et Siculorum Comes etc. Egregys et Nobilibus Francisco Lazar, Wolfgango Mothnoki, et alteri Wolfgango Tinkowai de Karansebes, Salutem et fauorem. Exponitur Nobis in persona Johannis Cziklan de Karansebes, qualiter annis superioribus, quedam Diuisio inter nobilem quondam Paulum Cziklan, Patrem videlicet ipsius Exponentis ab vna, ac Stephanum Matskasi ab altera partibus, in totalibus, et integris Porcionibus ipsorum possessionarijs, in possessionibus Ruginocz, Zaguseny, Tinkova, Delar, et Matskas vocatis, omnino in Comitatu Zewrinyensi et districtu Karansebes existentibus habitis, acta et celebrata fuisset. Cum autem Diuisio illa, dicto Exponenti minime sufficiens et recta esse videtur, vellet idem medio vestri, a Nobilibus Petro et Michaelę Matskasi filjs, et Vrsula filia Nobilis quondam Stephani Matskasi, in prescriptis Bonis nouam Diuisionem habere, porcionemque suam sibi exinde cedere debentem, excindi et sequestrari facere. Quocirca vobis harum serie committimus et mandamus firmiter, quatenus acceptis presentibus, statim simul vel duo vestrum, sub oneribus alias in talibus obseruari solitis, erga memoratos Petrum et Michaelę Matskasi filios, necnon Vrsulam filiam prefati Stephani Matskasi, Cum presentibus accedere. Qui si personaliter reperiri poterint, eosdem ibidem personaliter, alioquin de Domo habitacionum siue solitis ipsorum residencijs, vnde videlicet presens Ammonicio vestra, ad scitum eorum commode deuenire poterit, Ammoneatis eosdem, dicatisque et committatis eisdem verbo nostro, vt ipsi prescriptam nouam diuisionem quiete et pacifice admittere debeant et teneantur. Qui si fecerint, bene quidem, alioquin euocetis eosdem ibidem racione preuia et aliorum certorum negociorum, coram iacius declarandorum, in presenciam Castellanorum et Iudicum Nobilium Districtus Karan-

sebes, racionem in premissis reddituros efficacem, Certificantes eosdem, quod siue ipsi Coram prefatis Castellanis et Judice Nobilium comparuerint, siue non, interim ydem ad Partis comparentis Instanciam id facient in premissis, quod Juris dictauerit ordo. Es posthec vos Seriem . . . . . Euocationis et Certificacionis vestre, vt fuerit expedita, prenominationis Castellanis et iudici Nobilium referre .(modis om)nibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Albae . . . . . Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo quarto.

(Huszti András másolata a tinkovai Macskási-család Itárában 889. szám.)

#### 448.

1585. január 27-én.

Illustrissime princeps ac domine domine Nobis semper gratiosissime. <sup>1)</sup> Seruitiorum nostrorum debitam, paratamque commendationem, cum fidelitatis obsequio. Vestra nouerit Celsitudo quod nos literas ejusdem Celsitudinis vestre Introductorias pariter et statutorias pro parte videlicet et in persona Magistri domini Stephani Apaffy de Apanagyfalwa confectas et Emannatas, nobisque preceptorie sonantes et directas, summa qua decuit obedientia et Reuerentia recepimus in hæc verba; Sigismundus Bathori. etc. Nos igitur huiusmodi mandatis et praeceptis dictae Celsitudinis vestrae, in omnibus, vt tenemur, obedire et satisfacere volentes, vna cum prefato Egregio Iwaczko wayda de Bozy, homine videlicet Celsitudinis vestrae, inter alios homines eiusdem wayuodales in premissis literis statutorijs, nominatim conscriptos, expresso, et per eandem Celsitudinem uestram ad id specialiter transmissis, vnum ex nobis, nobilem scilicet Petrum Lippay de Coloswar socium, fratrem, et collegam nostrum, ad premissa debite et fideliter exequenda, nostro pro testimonio fidedignum duximus esse destinandum Qui tandem exinde ad nos reuersi, nobis fideliter et consciencie vnanimi voce, concorditer retulerunt eo modo, quomodo

<sup>1)</sup> Szól Báthory Zsigmondnak pro Stephano Apaty contra Bonif. Wayda.

ipsi feria tertia post festum Epiphaniarum domini proxime preteritum, ad facies praescripti Castris Sydowar, consequenterque possessionum ad id Castrum pertinentium, in Comitatu Zeoreniensi et districtu Karansebesiensi existentis habitatum; vicinis et Commetaneis earundem vniuersis, signanter vero prouidis et Ignobilibus Mixa Pelika, Judice seu Kenezio, Gabrielis Deweczyerÿ de Lugas, Stephano Turczin, Joannis floka de Kriuina in Zlatina, Nicolao Hana, et altero Nicolao popa, Joannis de Chriczowa in eadem Chriczowa, Stephano Mikola, Michaelis Muna, Joanne Cotha, Adami Muna in Berzos, Martino Chiopanya, et Petro Dobrin, Petri Wayda in Bozzas, Ladislao Stengh, petro hachiagh, Thoma Raia, in Gsena: Petro Dada et Thoma Bassa, Wolfgangi Grozae in Zaaak prescriptorum scilicet Egregiorum et Nobilium Jobagionibus, omnino in iamfatis possessionibus portionibusque possessionariÿs, dictoque Comitatu Zereniensi et districtu Karansebesiensi existentibus et commorantibus, eorundem dominorum suorum terrestrium nominibus et in personis, inibi legitime conuocatis et praesentibus, pariter accessissent: dumque ibidem, praefatus homo Celsitudinis vestrae, annotato testimonio nostro praesente, memoratum Magnificum dominum Stephanum Appaffÿ in dominium annotati totalis et integri Castris Sydowar, totaliumque et integrarum possessionum ad idem Castrum pertinentium introduxisset, statuissetque Idem et easdem, eidem, ipsiusque haeredibus et posteritatibus vtriusque sexus vniuersis, simul cum praescriptis cunctis suis vtilitatibus et pertinentiÿs quibuslibet, iure ipsis ex praemissa inscriptione et obligatione annotatae Regiae maiestatis, necnon Celsitudinis vestrae, tempus intra praedeclaratum, incumbenti possidendas, Tunc secundo die praemissae statutionis et introductionis Nobilis wolfgangus Lyppay seruitor Egregÿ Bonifacy wayda de Karansebes nomine et in persona eiusdem domini sui statutioni cuiusdam molendinÿ ruinosi et pene desolati super fluuio Themes in Territorio prefati Castris Sydowar existentis situati, quod scilicet Egregÿ quondam Joannis Endrödÿ praefecti olim eiusdem Castris praefuisset, contradictionis uelamine obuiasset. Ob quam quidem Contradictionem praenotatus homo Celsitudinis

vestrae, annotato testimonio nostro praesente, eundem Bonifacium Wayda, medio praefati Wolfgangi Lyppay seruitoris sui, contra praefatum Magnificam dominum Stephanum Apaffy, in Curiam eiusdem Celsitudinis vestrae, suam scilicet in praesentiam, ad decimum quintum diem a die huiusmodi Contradictionis suae fiendae computando, euocasset, rationem superinde redditurum efficacem. Nos itaque seriem huiusmodi Introductionis, statutionis, Contradictionis et Euocationis Antelatarum, simul cum Contradictoris et Euocati, vicinorumque et Commetaneorum qui praemissae statutioni inter fuerunt, nominibus, et cognominibus, terminoque assignato, prout per nostrum et Celsitudinis vestrae homines est peracta, expediendaque fore videbatur ad Relationem eorundem, eidem Celsitudini vestrae fideliter et conscienciose duximus rescribendum, Datum decimo sexto die diei Introductionis et statutionis praenotatarum. Anno domini Millesimo Quingentesimo octogesimo quinto.

(Liber Anonymus, a gy. fehérvári káptalan ltárában 4. lap. és Gr. Kemény Josef. Diplomatar. Transilvan, Appendix XIII. 57. szám.)

#### 449.

1585. január 30-án.

Nos Requisiteores literarum et literalium instrumentorum, in Sacristia siue conseruatorio Capituli Ecclesie Albenensis Transilvaniae repositarum, et aliarum quarumlibet Iudicialiarum deliberationum, legittimorumque mandatorum wayvodaliū executores, damus pro memoria per presentes, Quod Egregius Balthasar Thywadar de Sydowar, pro Egregys Nobilibus Bonifacio Wayda de Karansebes, Joanne Desi de Lugas, et Nicolao Dogan de Dragumirist, coram nobis personaliter constitutus, nominibus et in personis eorundem per modum solennis protestationis, contradictionis, et inhibitionis, nobis significare curavit, in hunc modum, Quomodo ipsi ex relatione certorum hominum, pro certo intellexissent, et reuera cognouissent, quod postquam Magnificus dominus Apaffy de Apagyfalwa, superioribus diebus vigore literarum Serenissimi principis ac domini, domini Stephani incltyti Regis Poloniae etc. inscriptionalium, in dominium totalis et integri Castri

Sydowar, pertinentysque eius, in comitatu Zeriniensi et districtu Karansebesiensi existentis sese statui et introduci curasset, peractaque statutione omnimoda, sed et quindecim diebus expletis, nescitur quo titulo et colore . . . quandam terram felseo et also Stwkattth vocatam in territorio possessionis Dombowiczia, praefatos Bonifacium Wayda et Joannem Desi, sylvamque quandam, possessis Dragumirist, Nicolaum Dogan et aequae Bonifacium Wayda optimo Jure termino in praefato in comitatu Zeriniensi et praetacto districtu Karansebesiensi existentis habitas, medio colonorum et inhabitatorum possessionis Zederÿes alias Zeldebacz ad praelibatum Castrum Sydowar pertinentis, molestare et impetere satageret, et per hoc eadem bona praefatarum possessionum se vsurpare intenderet, in praeiudicium et damnum eorundem manifestum. Vnde facta eiusmodi protestacione idem protestans nomine et in personis quibus supra, primum quidem memoratum Magistrum Stephanum Ap . . . praetactosque Inscola possessionis iam dictae Zederÿes ab huiusmodi potentia) impetitione, molestationeque et damnificatione, item occupatione impetratione, statuifacione, detentione, vsuum fructuumque perceptione, seu percipifacione, aut alio quouis exquisito colore sibi ipsis appropriatione, vsurpatione venditione praefatorum bonorum possessionum antelatarum eorundemque quarumlibet vtilitatum, quouis vocabulo vocitatarum. De(inde) vero praelibatum serenissimum Regem Poloniae, et Illustrissimum principem ac de(mum) dominum Sigismundum Bathori de Somlyo Wayuodam Transyluaniae.(et Siculorum) Comitem etc. dominum nostrum gratiosissimum a donatione, c . . . exhibitione, loca denique Capitularia et conuentalia a(lia) queuis credibilia, a literarum fassionalium, statutionalium, Relatoriarium, aut aliarum authenticarum literarum extradacione et Emanatione iam factis vel in posterum fiendis, inhibuit contradicendo contradixitque inhibendo, publice et manifeste, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Albae Juliae feria sexta proxima ante dominicam quartam Epiphaniarum domini 1585.

(Liber Anonymi. 3. lap a gy. fehérvári káptalan Itárában.)

## 450.

1585. június 8-án.

My Gerlistey Gyeorgy es flore Myklos porkolabok es Laczyug Lazlo Caransebes Warmegyének Zolgabiraia. Agyok emlekezetre mindeneknek kyknek illik mastaniaknak es jeuwendeknek hogy jeowenek my elenkben az vitezleo es Nemes Zemelyek Zagjway Boldisar, mas newel Mothnokÿ, Mothnokÿ Peter es georgÿ, Groza Farkas es mas Farkas, Peter Miklos, Janos, es Mihal Farkas, Mothnokÿ Farkas, Zeyko Sandor, es Zeyko Laos, az nehaÿ witezleo Mothnoki Ferencznek tellyes rez jozagai, ki wagion ez falwkban, Almafa, Mothnok Belin (z) <sup>1)</sup> Morencz, Ohaba, Zaak, Chernota es ez telekekben, ozestia, Puzta telek, Zederyes, Nalacz, Magura, Zlawapatak, Zgribest, (ki)k van(nak Zeören) varmegyeben Caransebes tartomaniaban, Magwa Zakattul magoknak megh kertek volna Ees hogy a feollyeol megh newezeöt Gerlistei Gyeorgy Porkolab es Laczyugh Lazlo Zolgabiro altal akartak volna magokat Iktatny Anno domini Millesimo Quingentesimo octogesimo quinto az nemes Zemelj Simon Ersebet Azsonj az feollyeol megh megnewezeot nehaj Vitezleo motthnoki Ferencznek megh hagiöt felesege Zeomelye zerent az Iktatasnak contradictione akart volna obvialni ez okbol hogy valameddigh az az eo megh holt vra Mothnoki Ferencz newet es tiztesseget viselne addigh eotet senki az eo megh holt vra Jozagaban megh nem habarithatna De myert hogy sok Jambor feo nemes vrainnak tanaczyabol intesebeol es kezbe Jarasokbol mynd a feollyeol megh newezeot ket fel az eo magok kepeben minden ver zerent valo attyokfiainak gyermekinek es maradekinak terheket magokra fel wewen zabad akarattyok zerent illyen Igyenessegre es bekessegre jeowen illyen Keppen valo vegezest es keotest tewenek my eleottunk, hogy azon megh mondot Simon Ersebet Azsonj nem contradicalna ily okkal es conditiowal hogy walameddigh az eo megholt vra Mothnoki Ferencz nevet es tyztessseget viselj mind addigh azon feollyeol megh neuzet tellyes rez Jozagokatt minden hozza tartozowal Zanto

<sup>1)</sup> Egy másik, szintén 1585. évi oklevélben világosan Belest, a mi a jelen oklevélben nincs ugy, a hely névutolsó betűje levén z.

feldeyvel, mezeyewel mind tilalmasban mynd niomasban, Zena Retewel, Erdeyewel, Berkewel, heogyewel, velgyewel, Zeoleo-yewel, Zeoleo hevgyewel folio halas vizeyewel, halas tawaywal, viz foliasokal molnakkal es malom helyekkel, keozensegez keppen penigh minden hazsnajwal tartomaniwal akar my newel newezettessenek valami teorwenj zerent eleiteol fogwa hozza tartozot igaz hatara zerent eppen minden bantas nekeol zabad vrasagaban legyen es birhassa, halala vtan penigh az eo jegy Rwhayat ky tezen ket zaz forintot es az m o r e n c z y malomnak felet kj vgian ot a Temes vizen vagion ChorczoK Ferenczel hatwan forinton valtotta megh az eo maga penzen. Ismet wagian egy Zena Ret m a g u r a n O h a b a falunak hataraban ki az eo maga penzen vet, Ittem myert hogy az Morenczy malomra az K a r a n i felden kellett venni a vizet, azert a feldert a melljen a wizet vettek, adot Karanj Bosin az atthyafiaknak mas feldet, melljet kilencz forinton vet volt az eo maga penzen Ezeket mynd halala vtan a kinek eo akarja Zabadon el hagyhassa, es a kinek hagna az feollyewl megh newezett nemes Zeomelyeok, annak tartozzanak megh adni kez penzeol nem Idegenek penzewel hanem tulajdon saiat penzeokel fizessenek, megh fizetwen elezeor, az vtan az fellyeol megh irt tellyes Rezelj Jozagot hozzayok vehessek, [az mindenfele Maiorsagh gabona vetemenyek kiweol kit akkor az Jozagban talalnanak mert'azis aze lezen a kinek eo hagna] <sup>1)</sup> mint ereokes attiafiak eoreokke firvl fira maradekrol maradekra megh hihatatlanul minden perpatvar nekeol Ezer forint keotet alat ha valamellik fel ezt e vegezest megh nem akarna allani vagy fel akarna bontani minden Rezeben vagy walami Rezeben, vgy hogy ha azt feoleyeol megh irt Nemes Zemelyeok meg nem allanak es az megh mondot Ersebet Azsont megh akarnak haboritani ezen vegezes ellen ezer forinton maragyanak es migh le nem tezy az forint keotelet kez penzeol addigh semmi pert ezen megh mondot Ersebet Azsonj ellen ne Indithassanak kinek emleketire ereossegere es bizonsagara attvk az my warmegyenk peczyety alat valo lewelenket In Ciuitate Caransebes die

<sup>1)</sup> A [ ] zárjel közti sorok az eredetiben a szövegből kitérvén, a második féltre vannak írva.

octova mensis Junij Anno domini Millesimo Quingentesimo octoagesimo quinto.

(Három apró pecsét helye zöld viaszban.)

(A Macskási-család ltárában 844. szám alatt őrzött, papírra irt eredetiből. Találhatik a gyula-fehérvári káptalan ltárában is Cista Zarand Fascicul 2. Nr. 3.)

#### 451.

1586. april 12-én.

Nos Georgius Gerlistej et Nicolaus Flore Castellani Nec non Ladislaus Laczyug Judex nobilium districtus Karansebes Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Modernis et futuris. Quod Nobiles Ladislaus Annoka, et Nicolaus Annoka ac Catherina similiter Annoka, consors Nobilis Tho . . . Raja filij eiusdem Ladislai Annoka, nostram personaliter<sup>m</sup> veniendo in presenciam omnia onera et quaelibet grauamina filiorum et filiarum, ac omnium fratrum et consanguineorum suorum in se assumptentes coram nobis sponte et libere sunt confessi et retulerunt in hunc modum. Qualiter ipsi pro quibusdam suis Necessitatibus ad presens valde vrgentibus euitandis A Nobili Domina Barbara flore Relicta Egregij olim Michaelis fodor, florenos trecentos et duodecim in paratis et numeratis pecunij(ieu)are coacti fuissent, pro quibus totalem et Integram quartam partem siue portionem quartalem possessionariam, Item mediam partem vnius predij Pestelzty vocatum in possessione Chena omnino in districtu Karansebesiensi et Comitatu Zeoreniensi existentem habitam cum omnibus pertinencijs terris scilicet arabilibus cultis et Incultis agris pratis, Campis, foenetis, Siluys, Nemoribus, Montibus, vallibus, vineis, vinearumque promonthorjjs Aquis fluujjs piscinis piscaturis, aquarumque decursibus Molendinis et eorundem locis Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quocunque nominis vocabulo vocitatis, ac ad eandem quartam partem seu portionem quartalem possessionariam ac mediam partem predij prefati, de Jure spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et limitibus existentibus Eaedem Dominae Barba-

rae prememoratae pignori obligandam duxissent, tali tamen condicione, vt infra spatium, octo integrorum Annorum a data presentium computando, nec ipsi neque posteritates vel consanguinei eorundem redimere possint, neque valeant, Hoc quoque adiecto vt eadem Domina Barbara iam sepefata, vnum Molendinum in territorio ipsius possessionis prefate aedificare debeat et teneatur, vt tandem expensas ad Molendinum factas ratione inita, summam expensarum exinde computatam tempore redemptionis Eadem Dominae iam dictae persolvere debeant et teneantur, Repletis vero octo Annis, depositisque et persolutis predictis trecentis et duodecim florenis et summa expensarum ad Molendinum ( . . . . . ) in paratis similiter et numeratis pecunys, proprys eorundem et non alienis, Mox et defacto Eadem quartam partem prenotatam et mediam partem predy Molendinumque aedificatum Eisdem Ladislao et Nicolao Annoka ac Catherinae similiter Annoka praefatis absque omni litis controuersia et calumnia remittere debeat et teneatur, Sicut coram nobis modo premisso dederunt inscripserunt ac impignorauerunt harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Ciuitate Karansebes die duodecima Mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo octoagesimo Sexto.

(Eredetije papiron a tŕnkovai Macskási-család ltárában, Supplementum az Elegyes Levelekhez 896. szám. Szöveg alatt 3 összetört pecsétlenyomat zöld viaszban.)

## 452.

1586. iunius 3-án.

Illustrissimo principi ac domino domino Sigismundo Bathori de Somlio Waiuode Transsylvanię et Siculorum Comiti etc. domino ipsorum gratiosissimo, Requisiteores literarum et literalium Instrumentorum in Sacristia siue conseruatorio Capituli Ecclesię Albensis Transsylvanie repositarum, ac aliarum quarumlibet Iudicialiarum deliberationum, legitimorumque mandatorum eiusdem Executores, fidelium perpetuorum seruitiorum suorum humillimam oblationem. Vestra nouerit Celsitudo Quod nos literas eiusdem Celsitudinis vestre Introductorias pariter et statutorias, pro parte videlicet et in persona Egregy Gregory literati Somliay de Zenth Egied, directoris

causarum et fiscalis eiusdem Celsitudinis vestre, confectas et emanatas, nobisque preceptorie sonantes et directas, summa qua decuit obedientia et reuerentia recepimus in hec verba: Sigismundus Bathori de Somlio Waiuoda Regni Transsylvanie et Sicularum Comes etc. Venerabili (igy) ac discretis Requisiteoribus literarum et literalium Instrumentorum in Sacristia siue Conseruatorio Capituli Ecclesiae Albensis Transsylvanensis Repositarum ac aliarum quarumlibet Judiciariarum deliberacionum legitimorumque mandatorum Nostrorum Executoribus salutem et fauorem. Dicitur nobis in persona Egregy Gregory Somliay de Zenth Egicd, Directoris causarum nostrarum ac fiscalis nostri, qualiter temporibus superioribus Egregio quondam francisco Modlina de Lwgas absque haeredum masculini sexus solatio ex hac luce decedente, vniuersa bona ac iura eiusdem possessionaria in praescripto oppido Lwgas et possessionibus Cheba, Hegyeres, Gydesteleke, Gawasdia, Zakony, Mothnok, Morencze, Ohaba, Chernota, Belie, et Zgribesd omnino in districtu Karansebes et Comitatu Zöreniensi existentibus habita, ad fiscum iusque Regium nostrum, iuxta antiquam Regni consuetudinem deuoluta et redacta perhiberentur, prout etiam deuoluta et redacta essent. Ob hoc vellet Idem Director noster nomine fisci nostri habita in primis superinde solenni publicatione In dominium eorundem bonorum ac Jurium portionumque possessionariarum et pertinentiarum eorundem quarumlibet medio nostri et vestri hominum legitime introire Eadem ad rationem fisci nostri statuifacere iure Admittente Quo circa vobis harum serie committimus et mandamus firmiter, quatenus acceptis presentibus, vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Egregy et Nobiles Bonaventura Waida, aut Georgius Draghna vel Nicolaus flore, seu alter Nicolaus Moyses, siue Nicolaus Thot, seu Ladislaus Lachwk, neue Gabriel Gerlestey omnino de Karansebes, nam Laurencius Bogar namque Gabriel Dewechery de Lwgas praedicta alys absentibus, homo noster waiuodalis, per nos ad id specialiter transmissus, ad facies dicti oppidi Lwgas, ac possessionum praescriptarum Cheba, Hegyeres, Gydesteleke, Gawosdia, Zakony, Mothnok, Morencze, Ohaba, Cher-

nata, Belie, et Zgribes d in dicto districtu Karansebes et Comitatu Zeoreniensi existentium, consequenterque bonorum ac Jurium possessionariarum dicti quondam francisci Modlina, in semine deficientis, in eisdem habitorum, vicinis et Commetaneis eorundem vniuersis inibi legittime conuocatis et praesentibus accedendo, facta inprimis publicatione defectus seminis dicti quondam francisci Modlina, ac deuolutionis ad fiscum nostrum praescriptorum bonorum ac Jurium possessionariarum, Introducat praefatum Directorem nostrum, nomine fisci nostri in dominium eorundem bonorum, et Jurium possessionariarum, statuaturque Eadem ad rationem fisci nostri, simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet perpetuo possidenda, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem ibidem, in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam, ita videlicet, ut infra vnus anni reuolutionem, a die publicationis computando, siue interim celebrentur octaue, siue non, coram Nobis iura sua producturos, rationemque Contradictionis ipsorum reddituros efficacem, comparere debeant, certificantes eosdem ibidem, quod siue ipsi infra anni reuolutionem rationem contradictionis reddaturi, iuraque ipsorum producturi, coram nobis compareant siue non, nos eandem ad instantiam dicti fiscalis nostri, id faciemus in praemissis, quod iuris erit ordo. Et posthec vos seriem huiusmodi publicationis Introductionis, Statutionis et certificationis simulcum contradictorum et Euocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et Commetaneorum, qui praemissae Introductioni et statucioni intererunt nominibus et cognominibus, terminoque assignato, vt fuerit expedienda, Nobis suomodo fideliter et conscientiose ad relationem dictorum nostri et vestri hominum rescribere modis omnibus debeatis et teneamini, secus non facturi. Datum in oppido Enied, die dominica proxima post festum Beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum, Anno domini Millesimo Quingentesimo octogesimo Sexto. Nos igitur huius modi mandatis et preceptis dicte Celsitudinis in omnibus ut tenemur obedire et satisfacere volentes vna cum prefato Ladislao Lachwk de dicta Karansebes, homine videlicet Celsitudinis vestrae, inter alios homines eisdem waiwodales in prescriptis literis statutorijs nominatim conscriptos expresso et

per Eandem Celsitudinem vestram ad id specialiter transmisso, vnum ex nobis, Nobilem scilicet Petrum Lippay de Coloswar socium fratrem et collegam nostrum ad premissa debite et fideliter exequenda, nostro pro testimonio fidedignum duximus esse destinandum, Qui tandem exinde ad nos reuersi, Nobis fideliter et conscientiose, vnamini voce et concorditer retulerunt eo modo: Quomodo ipsi feria quinta proxima post dominicam Exaudi nouissime preteritam ad facies praescripti oppidi Lwgas, consequenterque domus et Curiae Nobilitaris dicti quondam francisci Modlina ibidem omnino in dicto comitatu Zeoreniensi et districtu Karansebesiensi existentis habitae vicinis. et commetaneis eiusdem domus et Curiae vniuersis Signanter vero Egregys Nobilibus Joanne Deesi de Themesel, Martino Luca et Georgio Sebesi de dicta Lwgas, prudentibus item et Circumspectis Adamo Zabo Judice Primario Michaele Wayda Ciue, Nicolao literato Matheo notario Juratis saepe nominati oppidi Lwgas, omnino in iam fato oppido Lwgas dictoque Comitatu Zeoreniensi et districtu Karansebesiensi existentes et commorantes, suis scilicet nominibus et in personis inibi legitime conuocatis et praesentibus pariter accessisset dumque ibidem praefatus homo Celsitudinis vestrae annotato testimonio nostro praesente facta in primis praescripta publicatione defectus Seminis dicti quondam francisci Modlina, ac deuolutionis praenotatorum bonorum ac Jurium possessionariarum eiusdem, ad praelibatum fiscum Celsitudinis vestrae memoratum Directorem dictae Celsitudinis vestrae nomine fisci eiusdem, in dominium annotatae domus et Curiae Nobilitaris Introducere Eandemque eidem ad rationem dicti fisci Celsitudinis vestrae, Simuleum praetactis cunctis suis vtilitatibus et pertinentys quibuslibet perpetuo possidendam Statuere voluisset; Tunc illico in continenti Egregy Nobiles Ladislaus Peyka nominibus et in personis nobilis Joannis filij Petri similiter Peyka de Karansebes ex Nobili scilicet quondam domina Catherina Oztrovy procreati, et Elizabetha Thiudar, Relicta(e) primum Nicolai Modlina, ex post vero francisci Thoma Egregiorum, sua, Melchiorisque Modlina de dicta Lwgas, filij scilicet sui ex dicto priori marito suo suscepti stationi primum quidem dictae domus et Curiae Nobilitaris in

tatum possessionum Gywrgewecz siue Chwrchwl alias Gyrges, ac Also Nyristhe, item praediorum Fel-seo Nyristhe, et Dobrolowa Nyresthe iurisque Regy in eisdem habiti, per vos legitime facere introduci. Super quo fidelitatibus vestris harum serie committimus et mandamus firmiter, ut acceptis praesentibus statim vnum ex uobis pro testimonio fide dignum transmittatis hominem: quo praesente Egregius et Nobilis Franciscus Lazar, vel Nicolaus, et Joannes Gerlysteÿ, siue Jacobus, et Franciscus Fÿatt, seu Joannes et Petrus Floka, neu Michael et Stephanus Vaida, neu Nicolaus et Petrus Peyka, aut alter Nicolaus Petrus senior de Caransebes, siue Volfgangus Tynkaway de eadem Tynkowa alÿs absentibus homo noster per nos ad id specialiter transmissus sub oneribus alias in talibus obseruare solitis, ad facies praescriptarum possessionum, medietatum, et praediorum Jurisque Regy in eisdem, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis, et praesentibus accedendo, Introducat praefatos Ladislaum, Nicolaum, Petrum, et Joannem Tywadar in dominium earundem; Statuatque easdem et idem eisdem ipsorumque haeredibus et posteritatibus vniuersis iure ipsis ex praemissa nostra donatione incumbente, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero siqui fuerint euocet eosdem ibidem contra annotatos Ladislaum, Nicolaum, Petrum et Joannem Tywadar ad decimum quintum diem a die huiusmodi contradictionis eorum computando in curiam nostram Nostram scilicet in praesentiam rationem superinde reddituros efficacem. Et post haec seriem huiusmodi Introductionis et Statutionis simul cum contradictorum et Euocatorum, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt nominibus et cognominibus terminoque assignato pro ut fuerit expedita ad relationem nostri et vestri hominum, nobis fideliter rescribere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Datum Albae Juliae quinta die January, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Septimo.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan Itárában Diversorum Comitatum Cista R. Fascicul 4. Nr. 19. A pecsét nyomával.)

## 490.

1597. február 3-án.

(Eleje, t. i. az iktatási parancs, hiányzik.)

(Nos igitur) mandatis Serenitatis vestrae in omnibus ut tenemur obedire et satisfacere volentes, hoc anno presenti Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo decima nona die Januarj nouissime praeterita, ad facies praedicti Castrı Bokcza, nec non possessionum Kertenis, Rauna et Fyzes, predjque Komoristie in Zeoreniensi vicinis et Commetaneis eorundem vniuersis, ac caeterarum etiam possessionum Somlÿng alias Murawa, Gataya, Ommorul, Dente et Gaÿul in Temesiensi Comitatus existentibus habitarum (quas ob metum Turcarum peragrare ac ad facies earum accedere tutum non erat) signanter vero nobilibus Nicolao Negul de Caransebes, Michaelae Czarowaj de eadem Czarowa, Altero Michaelae Peteo de Bratowa. Item prouidis Petro Vorona, Michaelae . . . . Ladislai Harmati de Caransebes in Kalnik, Radul Zboristeanul Iudice, Joanne Mondre, M(.) alche Mairia, Stephano Zboristeanul, Nicolai Negul in Binis, Petro Czim iudice, Luca Mihalj, Michaelae Jouenezkul, Joanne Tatar, Stephano Opra, eiusdem Nicolai Negul in Dokleni, Joanne Bogdan iudice, Nicolao Cholone, Demetrio Flore, Ladislai et Nicolai Laczug de Caransebes praedicta in Also Vassiowa, Joanne Maling Iudice, Petro Andrea, Casparo Marga, Nicolai Moses Caransebesiensis in Jerzik, Radozlao Rabitt, Nicolao Rakowytt Francisci Fodor similiter Caransebesiensis in Tirnenj, Vukadin Matizni, Rayak Radoan, Serenitatis vestrae in Baytin, Ragan Rowinaczul eiusdem Serenitatis vestrae in Vatin, Georgio Mladin dicti Ladislai Laczug de Apade, Michaelae Manila, praefati Michaelis Czarowaj in Czarowa, Dan Mihalcza, Iudice annotati Ladislai Harmati in Manihom, Petro Zstephan iudice, Michaelae Kolikoye, Joanne Vlad, Nicolai Josika, de iam fata Caransebes in Valepaie possessio-

nibus, residentibus et commorantibus, praefatorum scilicet Serenitatis vestrae Egregiorumque Nobilium iobbagionibus, et colonis, iuris ipsorum proprys ac eorundem dominorum suorum terrestrium nominibus et in personis, alys etiam quam plurimis inibi legitime conuocatis et praesentibus accedendo, introduximus praefatum Andream Barczay in dominium earundem Castri, possessionum, predy Jurisque Regy, in eisdem qualitercunque habiti, statuimusque easdem et idem eidem ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis, simulcum praescriptis cunctis suis vtilitatibus et pertinentys quibuslibet, iure ipsis ex praemissa donatione Serenitatis vestrae incumbenti perpetuo possidendas. Qua quidem introductione et Statutione modo praedeclarato peracta eadem statim prima die Statutionis nostrae, prouidus Nicolaus Olah seruator Egregy Nicolai Totth de saepedicta Caransebes, nomine et in persona generosae dominae Annae Rakouiczay alyas Pribek, consortis eiusdem Nicolai Totth dominae scilicet suae statutioni Castri et oppidi Bokcza ac possessionum Rawn a et Kertenis praedeclaratarum contradictionis velamine obuiauit. Ob quam quidem contradictionem, nos praefatam Annam Rakouiczay, alias Pribek, medio annotati Nicolai Olah, contra praelibatum Andream Barczay, ad decimum quintum diem a die huiusmodi contradictionis computando, in Curiam Serenitatis vestrae, eiusdem scilicet in praesentiam, rationem Contradictionis suae reddituram efficacem, euocauimus nichilominus nos (quia totali statutioni contradictum non fuit) in facie annotati Castri Bokcza tribus congruis et legitimis diebus iuxta Regni legem et consuetudinem moram faciendo continuam, nullo poenitus tunc inibi (praeter dictam Annam Rakouiczay) sed neque ex post durante quindecim diebus coram nobis contradictorum Apparente. Seriem itaque huiusmodi introductionis et Statutionis nostrae simul cum vicinorum et commetaneorum, qui praemissae introductioni et Statutioni interfuerunt, Contradictorumque nominibus et cognominibus terminoque assignato, ut per nos est expedita, Serenitati vestrae, fide nostra mediante rescripsimus Eandemque ad vota valere optamus. Datum Albae Juliae decimo sexto die vltimae diei praemissae introductionis et Statutionis nostrae.

Anno domini Millesimo, Quingentesimo Nonagesimo septimo supra notato.

Eiusdem Serenitatis vestrae

Fideles perpetuique Seruitores Joannes Zylahy, Notarius ac Scriba Cancellariae maioris Serenitatis vestrae de Curia eiusdem missus, et Nicolaus Moses de Caransebes. m. p.

(Eredetije papíron, csonka, a tinkovai Macskási család tlárában XXI. csomag, 696. szám. Pecsét nyoma nélkül.)

#### 491.

1597. május 24-én.

Sigismundus dei gratia Transsilvaniae, Moldaviae, Valachiae transalpinae, Sacri Romani Imperij Princeps, partium regni Hungariae Dominus, aurei uelleris Eques, et Siculorum Comes etc. fidelibus nostris, Nobilibus Requisitoribus literarum et literalium Instrumentorum in Sacristia siue conseruatorio Capitulj Ecclesiae Albensis repositarum et locatorum aliorumque legitimorum mandatorum nostrorum Executoribus Salutem et gratiam nostram. Cum nos dignum habentes respectum praeclarae fidej syncerae integritatis et fidelium seruitiorum Magnifici Stephani Thórók de Eming Comititis Comitatus huniadiensis fidelis nobis syncere dilectj quae ipse nobis ex quo in hanc ditionem nostram concessit, in uarjs rerum occasionibus et fortunae statibus, prosperis aequae ad aduersis non pariendo personae et laboribus, sumptibusque suis, summa cum animi sui promptitudine, alacritate atque constancia, exhibuit et impendit, ac in futurum quoque exhibiturus et impensurus est. Totale et integras oppidum Marczina, et possessiones Preuthhaza, Rugosaua, Negrilest, Nemesest, Bordczest, Nandrest, Mustest, Kosaua, Bunilest, Kerliczel, Kurthe, Topliczel, Baniasi, Mardesti, Delanÿ, Petrocza, Boierinest, Zlanesty, Farnicza, Kriuina, Maldest, Fhara, Thrisest, Balyest, Farasest, Zomonovarest, Valiareh, Goychest, Thomest, Vrzul, Belosest, Goztest, Vngiul, Braniest, Vadany,

Dingany, Thihomerest, Farkadia, Zoranj, Sentest, Bozwara, Zeleste, et Kozteyul vocatas ad dictum oppidum Marchina pertinentes, in eodem districtu Marchinensi, in pretacto Comitatu huniadiensi existentes habitas, nec non totale similiter et integras oppidum Monostor ac possessiones Rhemethe, Vzesthy, Bunie, Wladanj, Vizesul, Zkradina, Paduranj, Otthÿe, Oczekul, Zerniesty, Dubesty, Thopla, Thoplicza, Izuaricza, Pomostieny, Leukusest, Alsoyerczinik, Felso Jerczinik, Sugdia, Zternik, Cladoua, Vozonie, Alsoohaba, Thalmadia, Olahohaba, Zohodol, Prodaniest, Thilomerest, Vlycha, Faluhel et Othmarasty nuncupatas ad idem oppidum Monostor pertinentes, in eodem districtu Monostoriensi atque in praetacto Comitatu huniadiensi existentes et habitas, quae dudum maiores et progenitores ipsius Stephanj Tórók, et Magnifici Valentiny filij Magnifici quondam Joannis Tórók, iunioris de dicta Eming praefuisse perhibentur, sed superioribus temporibus inualescentibus Turcarum, viribus per eosdem Turcas hostiliter occupatae, et a multis annis tentae: postmodum autem diuino beneficio, ex Turcica potestate ac seruitute, armis nostris in ius potestatemque et ditionem nostram recuperatae et redactae esse dinoscuntur. Totum item et omne Jus regium, si quod in praescriptis omnibus oppidis, et possessionibus qualitercunque existeret aut eadem et eadem nostram exquibuscunque causis vÿs, modis et rationibus concerneret collationem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentÿs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis agris pratis pascuis campis foenetis syluis nemoribus montibus alpibus, vallibus vineis, vinearumque promontorÿs aquis fluuÿs, piscinis piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis, et eorundem locis, Generaliter uero quarumlibet utilitatum, et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis uocabulo uocitatis, ad easdem et idem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis ueris metis et antiquis limitibus existentibus memoratis Stephano et Valentino Tórók ipsarumque haeredibus et posteritatibus uniuersis, uigore aliarum literarum nostra-

rum donacionalium superinde confectarum in perpetuum saluo iure alieno clementer dederimus, donauerimus, et contulerimus, uelimusque eosdem in dominium eorundem Oppidi Marchina, ac possessionum Preúthaza, Rugosaua, Negrilest, Nemesest, Bordczest, Nandrest Mustest, Kosaua, Bunilest, Kerliczel, Kurthe, Topliczel, Baniasi, Mardesty, Delanj, Petrocza, Boierinest, Zlanesty, Tarnicha, Kriuina, Maldest, Fhara, Thrisest, Bolyest, Fharasest, Zomouarest, Valiareh, Goychest, Thomest, Vrzul, Belosesth, Goztest, Vngiul, Braniest, Vadanj, Dinganj, Thihomerest, Farkadia, Zoranj, Sentest, Bozuara, Zelesthe, et Kozteýul vocatas ad dictum oppidum Marchina, pertinentes in eodem districtu Marchinensi et praetacto Comitatu huniadiensis existentes habitaram, Necnon totalium similiter et integrarum oppidi Monostor ac possessionum Reme the, Vezesthy, Bunie, Wladanj, Vizesul, Zkrajma, (Paduranj), Otthye, Oczekul, Zerniesty, Dubesty, Thopla, Thoplicza, Izuaricza, Pomestienj, Leukusest, Also Jerczinik, Felso Jerczinik, Sugdia, Zternik, Cladoua, Vozonie, Alsochaba, Thalmadia, Olahohaba, Zohodol, Prodaniest, Thilomerest, Vliczo, Faluhel et Othmarasthy nuncupatorum, ad idem oppidum Monostor pertinencium in eodemque districtu Monostoriensi atque praeallegato Comitatu similiter huniadiensis existentium habitaram, nec non praedicti Juris Regý in eisdem habiti, per nostrum et uestrum homines legitime facere introduci, Super quo uobis harum serie committimus et mandamus firmiter, ut acceptis praesentibus, statim unum e medio uestri transmittatis pro testimonio fidedignum quo praesente Egregius Nicolaus Zumich, siue Michael Colosuarý seu Paulus Koncz, neu Valentinus Maradek, ne Joannes Huzar, neu Martinus Komiaty uel Jacobus Bagosi, aut Joannes Varadi, Juratus Notarius et scriba Cancellariae nostrae maioris, de curia per nos ad id specialiter transmissi, seu Joannes Nemes de Nemetý siue Moyses Lugasy de Zazuaros, neu Petrus Dobray

de Lesnek, Comitatus huniadiensis praelibati neue Martinus Luka, Georgius Zolaty aut Matthjás Magjar, familiares nostri, Lugasienses, alÿs absentibus homo noster ad id specialiter transmissus ad facies praescriptarum oppidi Marchina consequenterque possessionum praetactarum, in eodem districtu Marchinensi et praelibato Comitatu huniadiensi existentium habitarum nec non facies alterius Oppidi Monostor consequenterque possessionum praelibatorum in eodem districtu Monostoriensi, atque praenotato Comitatu huniadiensi adiacentium habitarum, uicinis et commetaneis earundem uniuersis, inibi legittime conuocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Stephanum et Valentinum Tórók, in dominium eorundem oppidorum, praetitulatarumque possessionum in pertinentÿs dictorum oppidorum Marchina et Monostor existentibus, praelibatique Juris regij in eisdem habitj, statuaturque eadem et idem eisdem, ipsorumque haeredibus et posteritatibus uniuersis, simul cum praeallegatis cunctis suis utilitatibus et pertinentÿs quibuslibet, iure ipsos ex praemissis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem ibidem ad decimum quintum diem, a die contradictionis eorum exhinc fiende, computando, in curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam, rationem contradictionis ipsorum reddituros efficacem, Et post haec nos huiusmodi Introductionis et Statucionis uestrae cum Contradictorum et Euocatorum si qui fuerint, uicinorumque et Commetaneorum, qui praemissae statucioni intererunt nominibus et cognominibus terminoque assignato: ut fuerit expedita, nobis terminum ad praescriptum ad relationem dictorum, nostri et uestri hominum conscientiose rescribere debeatis et teneamini, Secus non facturi. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia uigesima quarta die mensis Maÿ. Anno domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Septimo. <sup>1)</sup>

(Eredetije papiron a gy.-fehérvári káptalan ltárában, Cista S. 61. sz. Pecséttel.)

<sup>1)</sup> A statutióról szóló 1598. évi jelentést, mely Batory Zs. fennebbi levelét is átírja, l. ugyanezen ltárban S. 62.

Lásd Bethlen Gábor 1620. évi adománylevelét, melyben a fennebbi helységek nevei nagy ferdítésekkel előfordúlnak, 529. szám alatt. E birtokokra nézve még összevetendők az 1598. és 1612. évi oklevelek, 500. és 525. szám alatt.

## 492.

1597. június 13-án.

Sigismundus Dei gracia Transsylvaniae Moldaviae Valachiae Transalpiniae et Sacri Romani Imperij princeps, partium regni Hungariae Dominus aurei velleris eques, et Siculorum Comes etc. fidelibus nostris Nobilibus Requisitoribus literarum et literalium instrumentorum in sacristia sive conservatorio capituli ecclesiae Albensis Transsylvaniae repositarum et locatorum ac quarumlibet iudiciarium deliberacionum legitimorumque mandatorum nostrorum Executoribus, salutem et gratiam nostram. Cum nos cum ad nonnullorum fidelium Consiliariorum nostrorum Serenitati nostrae pro parte Nobilium Matthiae Magiar de L w g a s filij Nobilis olim Bartholomaei, filij Nobilis dudum Besan, filij Joannis filij Nexe de Belwidck procreati, item Barbarae consortis Egregy Matthiae literati Ztanissa de Kiswaraggya, filiae Nobilis quondam Simonis Pithar, de Tergouista Transalpiniae, ex Nobili dudum Catherina consorte sua, filia Nobilis Nicolai, filij, quondam Georgij, filij dicti olim Besan susceptae: item Joannis filij petri Kemp de L w g a s, ex dicta Catherina, consorte sua, alias relicta dicti Simonis Pithar, filia annotati Nicolai, filij Georgy, filij praefati Besan progeniti; item Catherinae consortis Nobilis Joannis Bwsoran de dicta Lwgas filiae Nobilis quondam Nicolai Chykna, ex Nobili quondam altera Catherina, filia praefati Georgy, filij Besan praedicti susceptae; item Stephani filij Nobilis quondam Sebastiani literati Lippay, ex Nobili olim Catherinae Dewechery consorte sua, filia Egregy quondam Andreae literati Dewechery de L w g a s, ex Nobili dudum Anna, consorte sua, filia praelibati Georgy filij Besan suscepti: item Susannae Relictae Egregy quondam Iwachconis Vajda de Caransebes, et Sophiae consortis Nobilis Michaelis Thoma de praefato Lwgas filiarum annotati Andreae Dewechery ex dicta Anna, filia memorati Georgy, filij Besan

progenitarum: item Rwkzandae consortis Egregy Thomae Pisky de Teowis, filiae Nobilis quondam Simonis Literati de iam fato Lwgas, ex Nobili Anna, filia Nobilis dudum Georgy Besan iunioris de Ohaba procreatae; item Joannes Nemes, fily Andreae Nemes de Nemethy ex Nobili quondam Dorothea, filia Nobilis olim Joannis Besan de Belincz procreati: item Christinae Besan consortis Egregy Moisis Lwgasy de Zazwaros, filiae dicti Joannis Besan, item Blasÿ, Thomae, et Stephani filiorum quondam Gregorÿ Balassy Coloswariensis, ex Nobili Barbara consorte sua, filia quondam Thomae literati ex Nobili olim Anna Besan consorte eiusdem, filia annotati dudum Joannis Besan progenitorum, item Euphrosinae Blasy literati Somogÿ et Chesulae Simonis Ribiczey de eadem Ribicze Egregiorum quondam relictarum filiarum praefatis olim Joannis Besan factam intercessionem: Tum vero attentis et consideratis fidelitate et fidelibus servitÿs praefatorum Matthiae Magiar, alterius Matthiae literati Ztanissa, Joannis Kemp, Michaelis Thoma, Stephani Lippay, Thomae Pisky, Joannis Nemes, et Moisis Lwgasy, quae ipsi nobis et huic regno pro locorum temporumque varietate exhibuerunt et impenderunt, ac in futurum quoque exhibituri et impensuri sunt, totales et integras possessiones Ohaba, Belincz, Sabar, Feketar et Pestyawacz: item totalia et integra praedia Zeben, vtrumque Zabadfalwa, Romanfalwa, Dobromerfalwa, Radefalwa, Forgachfalwa, Jowanfalwa, Voyzlofalwa, Tornyfalwa, Tataras, Bozos, Vyfalw et Kapolna nuncupata, omnio in comitatu Teomeosiensi existentes habitas, quae olim quemadmodum literae quoque Diui quondam principis Sigismundi Dei gracia Romanorum, Hungariae, Bohemiaeque Regis, ac Marchionis Brandenburgensis etc. Necnon Serenissimae olim Isabellae Reginae Hungariae testantur maiores et progenitores praefatorum Besanensium, praefuissent verum temporibus elapsis Turcarum viribus inualescentibus per eosdem hostiliter occupatae, violenter tentae, hac demum tempestate ex singulari Dei beneficio vnacum alijs arcibus, castris, et fortalitÿs, a iugo et seruitute eorundem hostium per nos liberatae et armis nostris recuperatae in ditionemque nostram re-

dactae extitissent. Totum item et omne ius regium, si quod in dictis possessionibus, ac praedÿs etiam aliter qualitercunque existeret et haberetur, aut eadem et idem nostram ex quibuscunque causis, vÿs, modis, et rationibus concernerent collacionem, simul cum cunctis suis vtilitatibus, et pertinentÿs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, foenetis, syluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorÿs, aquis, fluuÿs, piscinis, vadis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis, et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis ad easdem et idem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, memoratis Matthiae Magiar, Joanni Kemp, Stephano literato Lippay, Joanni Nemes, Blasio, Thomae, et Stephano Balassy, nec non Barbarae Pythar, Catherinae Chykna, Susannae et Sophiae Dewechery, Rukzandae, Christinae, Euphrosinae, et Chesulae Besan, ipsorumque haeredibus et posteritatibus vtriusque sexus vniuersis; vnicuique scilicet iuxta ramum genealogiae, atque ratam suam portionem vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum et emanatarum, in perpetuum saluo iure alieno clementer dederimus, donauerimus et contulerimus, velimusque eosdem in dominium praescriptarum possessionum ac praediorum, iurisque regÿ in eisdem qualitercunque habiti, per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo vobis harum serie committimus et mandamus firmiter quatenus acceptis presentibus, statim vnum ex vobis pro testimonio transmittatis fidedignum, quo presente Egregius et Nobilis Joannes Lwgasy vel Georgius Zolathy de Lwgasy, siue Franciscus Fodor, seu Ladislaus, aut Nicolaus Tiwadar neu Georgius Marnachowit, neue Georgius Sisman, namque Franciscus literatus Sarkeozy de Caransebes, alys absentibus homo noster ad id specialiter transmissus, ad facies praescriptarum possessionum Ohaba, Belincz, Sabar, Feketar, et Pestyawacz vocatarum, ac praediorum Zeben, vtriusque Zabadfalwa, Romanfalwa, Dobromerfalwa, Radefalwa, Forgachfalwa, Jowanfalwa,

Voyzlofalwa, Tornifalwa, Tataras, Bozos, Vyalw et Kapolna nuncupatorum, in praeallegato comitatu Teomeosiensi existentium habitorum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis, et presentibus accedendo, introducat praefatos Matthiam Magiar, Joannem Kemp, Stephanum literatum Lippay, Joannem Nemes, Blasium, Thomam, et Stephanum Balasffy, nec non Barbaram Pythar, Catherinam Chykna, Susannam et Sophiam Dewechery, Rukzandam, Christinam, Euphrosinam et Chesulam Besan, in dominium earundem iurisque regy in eisdem qualitercunque habiti, statuaturque easdem et idem eisdem, simul cum praescriptis cunctis suis vtilitatibus et pertinentys quibuslibet iure ipsis ex praemissis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint euocet eosdem ibidem contra annotatos Matthiam Magiar, Joannem Kemp, Stephanum literatum Lippay, Joannem Nemes, Blasium, Thomam, et Stephanum Balasffy, nec non Barbaram Pithar, Catherinam Chykna, Susannam et Sophiam Dewechery, Rukzandam, Christinam, Euphrosinam et Chesulam Besan, ad decimum quintum diem a die contradictionis ipsorum computando in curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et post haec vos seriem huiusmodi introductionis et stationis, simulcum contradictorum et euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt nominibus et cognominibus terminoque assignato, vt fuerit expedita ad relationem dictorum nostri et vestri hominum nobis terminum ad praedictum fideliter et conscienciose rescribere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Datum in ciuitate nostra Alba Julia die decima tertia mensis Juny. Anno domini Millesimo Quingentesimo Nongesimo septimo.

(*Kivül*: Nobilibus Requisitoribus literarum et literalium instrumentorum in sacristia siue conseruatorio capituli ecclesiae Albensis Transylvaniae repositarum et locatorum ac quarumlibet iudiciariarum deliberationum legitimorumque mandatorum nostrorum executoribus etc. fidelibus nobis dilectis pro Besanensium familia introscripta Introductoria pariter Statutoria.)

Az oklevél hátán az illető jegyző a statutio végrehajtásáról szóló jelentés velejét feljegyezte, következőleg :

Anno domini 1598. 2. die Januarij peracta est introscripta statutio Regius homo Georgius Zolathy de K a s t e l y. Capitularis Gabriel Zakan, vicini et commetanei Egregj Joannes Lwgasy, et Benedictus Thabor de Lwgas, Nicolaus Bozwary de eadem, Albertus Bela de Lwgas, item prouidi et ignobiles Sebul Merze Judex, Nicolaus Orban, Gregorius Popa Serenissimi Pr. in H o d o s. Joannes Penzo iudex, Paulus Zerb, Valentinus Karachon eiusdem Serenissimi Pr. in B o l d w r, Martinus Opinkas iudex, Martinus Baya dicti Georgy Zolathy in K a s t e l y Michael Racz officialis eiusdem Georgy Zolathy K a s t e l i e n s i s, Sywko Olwa de Lwgas, Sebastianus Kapita Judex possessionis Z a l h a, demetrius Nicora Petri Betlen de I k t a r in R a k o u i c h a. Nicolaus Laczuga et Jankwlvez Serenissimi Pr. in Z a l h a. — Tercia die statutionis Egregius Laurentius Bogar de Lwgas in sua propria persona in facie possessionis S a b a r contradixit statutioni portionum possessionariarum Nobilium quondam Francisci Besan, et Michaelis Bogar in introscriptis vniuersis bonis habitarum. Euocatus est ibidem.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan ltárában Cista Thordensis Fascicul 7. No 15. Hátán a pecsét nyomával.)

### 493.

1597. junius 20-án.

Sigismundus Dei gratia Transsylvaniae, Moldaviae, Valachiae transalpinae, et Sacri Romani impery Princeps, partium regni Hungariae dominus, Aurei velleris Eques, et Siculorum Comes etc. Nobilibus Requisitoribus literarum et literarium instrumentorum in Sacristia sine Conseruatorio Capituli Ecclesiae Albensis Transsylvaniae repositarum et locatorum, ac aliarum quarumlibet iudiciarum deliberacionum, legitimorumque mandatorum nostrorum executoribus Salutem et gratiam nostram. Cum nos ternis illis literis nobis pro parte et in personis Nobilium Michaelis et Petri Czeroway, ac alterius Michaelis Peteö de C z e r o w a in specie exhibitis et pre-

sentatis, primis quidem Serenissimi quondam principis Domini Mathiae Regis Hungariae etc. transumptionalibus, continentibus in se binis literis Illustrissimi quondam principis Domini Johannis de Hunyad dicti Regni Hungariae Gubernatoris, factum possessionum Ternowa, Bratowa et Synkowa, in districtu Borzafëö habitaram, concernentem, Secundis vero et tertÿs Capituli Orodienſis priuilegialibus, super legitimis Statutionibus, totalium et integrarum possessionum Feyerwiz, Czerowicza, Borza, utriusque Czerowa et valle vocatarum in dicto districtu Borzafëö existentium, ad literalia mandata dictorum dominorum Mathiae Regis, et Joannis de Hunyad peractis, emanatis, nostrum prebuimus consensum beneuolum pariter et assensum, et nihilominus attentis et consideratis fidelitate et fidelibus seruitÿs eorundem Michaelis et Petri Czeroway ac Michaelis Petheö, quae ipse nobis, et huic regno pro locorum et temporum varietate exhibuerunt et impenderunt, ac in futurum etiam exhibituri, et impensuri sunt, Totum item et omne Jus Regium, si quod in dictis possessionibus Thernowa, Bratowa, Synkowa, Feyerwiz, Czerowicza, Borza, utraque Czerowa et Valle vocatis, in praetactu districtu Borzafëö, et Comitatu Zeoreniensi existentibus habitis qualitercunque existeret, aut eadem et idem nostram ex quibuscunque causis, vÿs, modis, et rationibus concernerent collationem, simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinentÿs quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, faenetis, syluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorÿs, aquis, fluuÿs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, Molendinis et eorundem locis, Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocatis, ad easdem et idem de iure, et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, memoratis Michaeli et Petro Czeroway, ac alteri Michaeli Petheö, ipsorumque haeredibus et posteritatibus vniuersis, clementer dederimus, donauerimus et contulerimus, velimusque eosdem in dominium earundem Jurisque Regÿ in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere

introducui. Super quo vobis harum serie committimus et mandamus firmiter, quatenus acceptis praesentibus, statim vnum ex vobis pro testimonio transmittatis fidedignum, quo praesente Egregius et Nobilis Ladislaus vel Nicolaus Thywadar, aut Ladislaus Harmathy, siue Joannes Horwath, seu Franciscus Sarkeozj de Caransebes, alijs absentibus homo noster ad id specialiter transmissus, ad facies praescriptarum possessionum Ternowa, Brathowa, Synkowa, Fejerwiz, Czerowicza, Borza, vtraque Czerowa et Valle vocatarum in praeallegato districtu Borza feó, et Comitatu Zeoreniensi existentium habitaram, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis, et praesentibus accedendo, Introducat praefatos Michaellem et Petrum Czeroway, ac alterum Michaellem Petheó in dominium earundem possessionum, Jurisque Regy in eisdem habiti, Statuatque easdem, et idem eisdem, ipsorumque haeredibus et posteritatibus vniuersis, simul cum praescriptis cunctis suis vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet, iure ipsis ex praemissis incumbenti, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem ibidem, contra annotatos Michaellem et Petrum Czeroway, et alterum Michaellem Petheó ad decimum quintum diem, a die Contradictionis eorum computando in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam, rationem Contradictionis eorum reddituros efficacem. Et posthaec vos seriem huiusmodi Introductionis et Statutionis, simul cum Contradictorum et Euocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui praemissae Statutioni intererunt, nominibus et cognominibus, terminoque assignato, prout fuerit expedita, Nobis terminum ad praedictum, ad relationem dictorum nostri et vestri hominum fideliter et consciencieose rescribere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia die vigesima Juny, Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo septimo.

(Kivül: Nobilibus Requisitoribus literarum et literalium instrumentorum in Sacristia siue Conseruatorio Capituli Ecclesiae Albensis repositarum et locatarum, ac quarumlibet iudicialiarum deliberationum, legitimorumque mandatorum nostrorum executoribus pro fidelibus nostris

Nobilibus Michaelae et Petro Czeroway ac altero Michaelae Petheö de Caransebes. — Introductoria pariter et Statutoria.)

(Eredeti je papíron a gyulaféhvári káptalan ltárában Cista Zarand. Fasciculus 2. No. 10. Kivűl a vörös viaszba nyomott pecsét, mely a levelet összekapcsolta.)

#### 494.

1597. augusztus első felében.

Serenissime Princeps, et domine domine nobis naturaliter gratiosissime etc. Fidelium ac perpetuorum Seruitiorum nostrorum in fauorem Serenitatis vestrae humilimam debitamque oblationem, vestra nouerit Serenitas Nos literas eiusdem Serenitatis vestrae Introductorias et Statutorias in persona Egregy Nicolaj Negwl de Caransebes Confectas et Emanatas nobisque inter Caeteros vestrae Serenitatis fideles mandatorie sonantes et directas honore et obedientia quibus decuit recepisse in haec verba.

Sigismundus Dei gratia Transsylvaniae Moldauiae Valachiae Transalpinac, Et Sacri Romani Impery princeps, partium Regni Hungariae Dominus, Aurei velleris Eques et Siculorum Comes etc. Fidelibus nostris Egregys Nobilibus Ladislao Nicolao et Francisco Lachwgh, Francisco Literato Notario, Nicolao Kaztrweczy, Francisco Fodor Castellanis, Francisco et Jacobo Fyat de Caransebes Salutem et gratiam nostram.

Cum nos cum ad nonnullorum fidelium Consiliariorum nostrorum singularem Intercessionem nobis propterea factam. Cum vero Attentis et Consideratis fidelitate et fidelibus Seruitys Egregy Nicolai Negul de Caransebes, quae ipse Nobis et huic Regno nostro pro locorum et temporum varietate exhibuit et impendit, ac in futurum quoque exhibiturus et impensurus est. Totales et integras possessiones Dolklyn et Bynys vocatas, in Comitatu Zerinyensi existentes habitas. Temporibus retroactis Turcarum viribus Inualescentibus per eosdem hostiliter occupatas, Atque ad Castrum B(ogsán?) ab Annis compluribus violenter (tentum) hac demum tempestate ex(singulari) Dei beneficio a Jugo et Ser(uitute illo)rum Cum dicto Castro et alys Ar(cibus) finitimis per nos liberatas, et

Armis nostris in ditionem nostram redactas. Totum Item et omne ius Regium si quod in dictis possessionibus etiam Aliter qualitercunque existeret, aut eadem et Idem nostram ex quibuscunque causis vñs, modis et rationibus concernerent collationem. Simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet Terris scilicet arabilibus Cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, foenetis, syluis, nemoribus, montibus, vallibus vineis vinearumque promontorijs, aquis, fluuijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum Integritatibus quouis nominis vocabulo vocatis ad easdem et idem de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et Antiquis limitibus existentibus. Memorato Nicolao Nyegwl Ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis, Vigore aliarum literarum nostrarum Donationalium Superinde confectarum et emanatarum in perpetuum Saluo Jure alieno, clementer dederimus, donauerimus et contulerimus, volumusque eundem in dominium earundem possessionum per vos legitime facere introduci, Super quo vobis harum serie committimus et mandamus firmiter vt acceptis praesentibus Statim simul vel duo vestrum sub oneribus alias in talibus observare solitis ad facies praescriptarum possessionum Dolkyn et Bynys In Comitatu Zerinyensi praedicto existentium habitarum vicinis et comitaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis et praesentibus accedendo Introducatis praefatum Nicolaum Nyegwl in dominium earundem possessionum Jurisque Regy in eisdem qualitercunque habiti Statuatisque eisdem et idem eidem ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis simul cum praescriptis cunctis suis vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet Jure ipsis ex premissa donatione nostra incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, Euocet eosdem ibidem contra annotatum Nicolaum Nyegwl, ad decimum quintum diem a die Contradictionis ipsorum computando, in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam Rationem Contradictionis ipsorum reddituros efficacem. Et post haec vos seriem huiusmodi Introductionis et stationis vestrae Simul cum Contradictorum et Euocatorum si qui fue-

rint; vicinorumque et commetaneorum qui praemissae Statu-  
tioni intererunt nominibus et Cognominibus terminoque assi-  
gnato, vt per vos fuerit expedienda, nobis terminum ad prae-  
dictum fide uestra mediante, referre vel rescribere modis  
omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi, praesentibus  
perlectis exhibenti restitutis. Datum in Ciuitate nostra Alba  
Julia, die duodecima mensis Julij Anno Domini Millesimo  
Quingentesimo nonagesimo Septimo.

Nos itaque huiusmodi mandatis Serenitatis vestrae per  
omnia vt tenemur obedire et satisfacere cupientes In anno  
domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Septimo prae-  
senti, vigesima quarta die mensis Julij, ad facies praescripta-  
rum possessionum Dolkyn et Bynis in praeallegato Com-  
mitatu Zerinyensi existentium habitaram vicinis et commeta-  
neis vniuersis, signanter vero Michaele Ispczyk de Crasso,  
Francisco Ambreza de Bacz, Michaele Peteo de Ternowa  
Joanne Baczy de eadem, Michaele et Petro Charonay de ea-  
dem suis ipsorum proprys, item prouidis et Ignobilibus Nico-  
lao Blidar, Joanne Mathe Petro Dwma et Lazar Zente Fran-  
cisci Josica de Caransebes in Olakerucz, Thoma Blasey,  
Michaelis Vayda de dicta Caransebes in Forotigh Michaele  
Marilla Judici A(ndree) Barczay Capitanei praesidy Caran-  
sebesiensis In Fwzes Michaele Gergl Ladislao . . . . de  
eadem Caransebes in Greon, Joa . . . . . et Stephano Pe-  
tronje Ladislai . . . . . de Caransebes in vazouia poss-  
. . . . . et commetan . . praefatorum f . . . . . orumque no-  
bilibium Jobagionibus et Colonis similiter suis proprys ac Eo-  
rundem dominorum suorum terrestrium nominibus et in per-  
sonis alysqe quamplurimis inibi legitime Conuocatis et prae-  
sentibus accedendo, Introduximus praefatum Nicolaum In  
dominium earundem possessionum Jurisque Regy in eisdem  
qualitercunque habiti, statuimusque easdem et idem eidem,  
ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis, simul cum  
praescriptis cunctis suis vtilitatibus, et pertinentys quibuslibet,  
Jure ipsis ex praemissa donatione Serenitatis vestrae Incum-  
benti, perpetuo possidendas, diebus congruis et legitimis diebus  
in faciebus dictarum possessionum Juxta Regni legem et Con-  
suetudinem moram faciendo continuam, Nullo penitus inibi

sed neque exposit durantibus quindecim diebus immediate subsequentibus, Coram nobis Contradictorum apparente. Cuius quidem Introductionis et statucionis nostrae seriem, simul cum vicinorum et commetaneorum qui eidem statucioni interfuerunt, nominibus et cognominibus, terminoque assignato vti per nos est peracta fide nostra mediante rescripsimus Eandem diu et quam felicissime valere exoptamus. Datum in Ciuitate Caransebes. Decimo Sexto die vltimi diei Introductionis et statucionis praemissarum. Anno domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo septimo notata.

Eiusdem Serenitatis vestrae

Fideles perpetuique seruitores  
Franciscus Lachwgh, et alter  
Franciscus Literatus Notarius  
Caransebesiensis. m. p.

(Kívül, a cím, azután: apertae per me Joannem Jacobinum Secretarium.)

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan ltárában, Cista Thor den Fascicul. 7. No. 6. A kivonatok készítői háromszor is ráírták az okmány hátára, hogy a bennevezett két falu T ö m ö s megyében feküdt, de háromszor tévesen.)

#### 495.

1597. augusztus 18-án.

*Báthory Zsigmond erd. fejedelem Barcsay András karansebesi várkapitánynak Krassó várost és Goruja falut Szörény megyében adományozza.*

(Osánádegyh. Adattár. III. 306. l.)

#### 496.

1597. december végén.

Feljegyzések némely karansebesi nemeseknek Z r e d i s t e faluban történt beiktatásáról, a szomszédok felemlítésével.

1597. 22. Decembris peracta est statutio quorundam dominorum Nobilium Caransebesiensium in possessione Z r e d i s t e. Capitularis Gabriel Zakan, Regius Nicolaus Negwl de Caransebes.

Vicini Egregy et Nobiles Joannes Horwatt, Volffgan-  
gus Pribek, Kryczin Racz, Stephanus Brathowan et Zwbota  
Stirba de Caransebes.

Prouidi et Ignobiles Wczyk Voycza, Petrus Markowitty  
Nicolaus Drianowitty Serenissimi Pr. in S a m a. — Petrus  
Braykowitty, Demetrius Wlaykocz et Jowan Rayakowitty  
Serenissimi Pr. in W l a y k o c z. — Wkasin Radlowitty, La-  
zarus Radiwoie et Grwbacz Bogdanowitty, francisci Josica de  
Caransebes in K w t r e c z. — Radozlaw Giuralsawitty et Phi-  
lippus Dogangsia Joannis Horwatt de Caransebes in K e r-  
n e c z a. — Jowan Radonitty, Philippus Dragowitty et Obrad  
Hranchowitty, Joannis Josica de Caransebes in Z t r e d i s t e.  
— Clemens Jacowoytty, Iwan Iles, Wehko Rayoiowitty eius-  
dem Joannis Josica in K i s Z t r e d i s t e. — Dragovan Minda,  
Georgius Serban Zauae Velimirowitty de Caransebes in W o y-  
w o d i n c z. — Jowicza Radowan, Wycza Vladizawitty, do-  
mini Andreae Barczai in M w r a w a. Sywko de Z e n t M a r-  
g i t a Casparis Tott de Caransebes in eadem Z e n t M a r-  
g i t a. — Rwzmir Hranchowitty, Zelak Paulowitty Serenissimi  
Principis in K l o k o d y a. — Wk Dragh, Voyn Doslacz et  
Pawn Wyczitty Casparis Thott in O b r o w e t z. — Nicola  
Dogangsia, Philippus Wkowitty Knezius, Rayko Gadechowitty  
et Bogdan Obradowitty Volffgangi Pribek in V a t y n. —  
Dragissa Radolowitty, Philippus Wychytyty, Nicola Vzanowitty  
francisci literati Sarkeozi de Caransebes in C h a m. — Ve-  
leta Markowitty, Nowak Wranisowitty et Giura Nicoloytty,  
Serenissimi Pr. in B r i z t o w i t t y. — Ztoian Merchowitty,  
Iwan similiter Merchowitty et Prodan Mladinowitty Joannis  
Lwgasÿ in f e r e n d i a. — Joannes Mendra et Rad. — Zten-  
chony, Nicolai Negwl in B i n i s. — Sywko Radowitty, Wy-  
cza Radozawitty et Ztepan Milkowitty Joannis Lwgasi in  
B w t ŷ n.

Statutio domus Joannis Lwgasy, Lwgasiensis peracta est  
30 die Decembris; regius Georgius Zolathy Capitularis Gab-  
riel Zakan.

Vicini Egregy Martinus literatus Ilosway Judex prima-  
rius oppidi Lwgas.

Stephanus literatus Giarmathy, Minwl Vayda.

Joannes Nache, Albertus Belan. — Eodem primo die statutionis Nobilis Joannes Wlad de Lugas contradixit totali statutioni.

(A gyulafehérvári káptalan Itárában. Cista Zaránd. Fasciculus 2. Nr. 48.)

### 497.

1597.

Sigismundus Dei gratia Transilvaniae, Moldaviae, Valachiae transalpinæ, et sacri Romani imperii princeps, patrum Regni Hungariæ Dominus, et Siculorum Comes etc. fidelibus nostris Nobilibus Requisitoribus literarum et literalium instrumentorum in sacristia siue Conseruatorio Capituli Ecclesiæ Albensis Transilvaniæ repositarum et locatorum ac quarumlibet Judiciarum deliberationum legitimorumque mandatorum nostrorum executoribus salutem et gratiam nostram, Cum nos, cum hæc perturbata tempora, quibus in Orbe Christiano ferociae, et vniuersis viribus potentissimi orientis Imperatoris proxime occurrerimus, cumque eo tendere et rem fortitudine gerere iam dudum pergimus, nuper Dei optimi maximi clementia pulsus et profligatus in Hungaria et regno nostro Transalpinæ validissimis exercitibus et praesidys eius iamque in animo habeat vere ineunte animum reparare, et denuo martis experiri aleam, hæc inquam tempora virtutem fidelium nostrorum requirant, consilium scilicet et fortitudinem, ipsaque virtus suo praemio destitui non debeat, reputando animo nostro, quanta pars cum domesticæ, tum bellicæ nostræ et sollicitudinum Spectabilem et Magnificum dominum Stephanum Josica, Consiliarium et Cancellarium nostrum secundum nos ante alios hæcenus oneraverit, et in posterum quoque illi impendeant, quantumque operæ in nostram et publicam contulerit vtilitatem, et quantum de eius fide et virtute, in posterum quoque nobis polliceamur, qui semper se nobis prosperis aequè ac adversis rebus, fidum, vtilem, fortem et consultorem idoneum ingenio, re et opere prestitit, nunc quoque eodem suo cursu nostram dignitatem et incrementum rerum nostrarum, toto suo posse extollere nitatur, non ignari quam plurimo ipsum nobis usui in posterum quoquo fore. Volentes hæc sua studia

ac virtutem honorifico aliquo afficere praemio. Totalia et integro oppidum Busor ac possessiones Zechen, Kistest, Vngurest, Beya, Zederyes, Kaperlo, Dayest, Zighet, Supan, Zurdok, Pogonest, Serpest, Fagiaczal, Suponiest, Klechoua, Zuzany, Ztoicheste nec non totalia praedia Zpÿn Kerle Werchest, Baloznia, et Bukuwecz, in pertinencÿs oppidi Busor item totales similiter possessiones Ferde, Brazowa, Olah Dr(ewdia) Cheremida, praedia Puri, Dragzonest, Drinoua, Prodeniest, Bochiest, Giuriest, Berna, Kelchest, Muttnik, Csokanest, Bania, Ighaz, Ruginos, Gladna, Zolt, Zerb, Kosoniest Zarazanj, Botinest, Hangest, (igy: Hauzest helyett) Brechest, Valelupa et Rumonest vocatas in pertinentÿs ferde ac comitatu Huniadiensis existentes habitas, item totales similiter et integras possessiones Poÿen et Lunka cum alpibus Bassa havasa, alias ad castellum Marsina pertinentes, in eodem comitatu Huniadiensis existentes, quod quidem oppidum et possessiones praescriptas a tyrannide Turcica armis nostris recepimus in nostrum ius et nostram potestatem Totum item et omne ius regium si quod in eisdem oppido, possessionibus et alpibus Bassa havasa qualitercumque existeret, aut eadem et idem nostram ex quibuscunque causis vÿs, modis et rationibus concernerent collationem simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinentÿs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis pascuis, campis, foenetis, syluis, nemoribus, montibus . . . . vallibus, theloneis, vadis, vineis, vinearumque promontoriÿs, aquis, fluuÿs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis, et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocatis, ad easdem et idem de iure et ab antiquo spectantibus et pertiuere debentibus sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, praeterea decimis, quindecimis, ac nonis tam vini, quam frugum, apum, agnorum, et bladorum, omniumque e terra nascentium, aliarumque rerum decimari solitarum, nec non ÿsdem iuribus et libertatibus, praerogatiuis, consuetudinibus, quibus ab antiquo castrum Sidowar tentum fuit et postmodum a nobis etiam

collatum, ita a censibus taxis, et contributionibus tam ordinarijs quam extraordinarijs, per fideles nostros Regnicolas, in comitjs eorum generalibus aut partialibus iuxta numerum portarum quotannis imponi solitis, siue aliter qualitercunque exigi consuetis, ad praedictum castrum suum Sidowar applicandum et possidenda annotato domino Stephano Josica ipsiusque haeredibus et posteritatibus masculini sexus vniuersis, illis vero deficientibus, vel forte non existentibus, etiam foeminei sexus vniuersis, quibus itidem deficientibus, generosis ac Egregijs Nicolao, francisco, Georgio, Ladislao et Volfgango Josica fratribus ipsius carnalibus ipsorumque haeredibus et posteritatibus vniuersis . . . (a többi hiányzik.)

(Eredetije, már foszlányos papíron, a gyulafehérvári káptalan ltárában. Centuria S. 63. szám. Kívül a fejedelmi pecsét.)

#### 498.

1598. március 17-én,

Serenissimo domino Sigismundo dei gratia Transsilvaniae, Moldaviae, Valachiae transalpinae ac Sacri Romani Imperij Principi, partium regni Hungariae Domino, Aurei velleris Equiti et Siculorum Comiti etc. Domino ipsorum Clementissimo Requisiteores literarum et literalium instrumentorum in Sacristia, sive Conservatorio capituli Ecclesiae Albensis Transilvaniae repositarum et locatorum, ac quarumlibet, judiciariorum deliberationum, legitimorumque mandatorum serenitatis suae Executores, servitorum suorum debitam, paratamque commendationem cum fidelitatis obsequio. Vestra noverit Serenitas, quod nos literas eiusdem introductorias pariter et statutorias, pro parte Generosi Andrea Barchiay de Nagy Barchia, Capitanei Praesidy Caransebesiensis confectas et emanatas, nobisque praeceptorie sonantes et directas honore et obedientia quibus decuit, recepimus in haec verba.

(Lásd Báthory Zsigmond fejedelem 1597. augusztus 18-án kelt iktatási parancsát Barcsay András javára.) <sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Ezt közölte Ortvai: Csanádegyh. Adattár III. 306. 307. l.

Vnde nos huiusmodi mandato Serenitatis Vestrae in omnibus ut par est, obedire et satisfacere satagentes, Vna cum praefato Joanne Varady Scriba Cancellariae Serenitatis vestrae maioris, de Curia eiusdem ad id specialiter transmissio, vnum ex nobis, Nobilem scilicet Gabrielem Zakan socium fratrem, et collegam nostrum, ad praemissa rite et legitime peragenda, nostro pro testimonio fidedignum duximus esse transmittendum. Qui tandem exinde ad nos reuersi, nobis fideliter et conscientiose unanimique voce pariformiter retulerunt eo modo. Qualiter ipsi in Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo octauo praesenti, feria quinta proxima, ante (?) festum Beati Petri Cathedrati novissime praeteritum, ad facies praescripti oppidi Crasso, ac possessionis Gorwya in praeallegato comitatu Zeoriniensi existentis, vicinis et commorantibus earundem vniuersis, signanter vero Nobilibus Michaele Czaroway de eadem Czarowa, Joanne Ambrus, et altero Joanne Mathul de Bach, item prouidis et ignobilibus Michaele Barchan, praefati Michaelis Czaroway in eadem Czarowa, Luca Iia, Francisco Dragich, et Demetrio Dacha, Joannis Nyakazo alias Pogan de Klopotiwa, in Doman, Dikwl Bala, et Joanne Kerekes Ladislai et Nicolai Thiwadar de Caransebes in Nerestyc, Joanne Modelwa, altero Joanne halmagy, et Josepho Dragoye Peykensium in Krassowecz, Petro et Michaele Duda, ac Martino Tynkwl, eorundem Peykensium Nobilium Caransebesiensium, in Gerliste, possessionibus residentibus et commorantibus, praefatorum videlicet Egregiorum et Nobilium Jobbagionibus ac colonis, suis ipsorum proprijs, ac eorundem dominorum suorum terrestrium nominibus et in personis, alysqe quam plurimis inibi legitime conuocatis et praesentibus accessissent, ibique praefatus homo Serenitatis Vestrae annotato testimonio nostro praesente, introduxisset praefatum Andream Barchiay, in dominium earundem oppidi et possessionis, Jurisque Regy in eisdem habiti, statuissetque eandem et idem eidem, ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis, simul cum praescriptis cunctis suis vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet, iure ipsis ex praemissa Donatione Serenitatis vestrae incumbente, perpetuo possidendi, tribus congruis et legitimis diebus in faciebus oppidi praedicti Crasso, et possessionis

Gorwya, moram faciendo continuam, nullo penitus tunc inibi, coram dictis Serenitatis vestrae, et nostro hominibus, sed neque ex post durantibus quindecim diebus immediate subsequentibus coram nobis hic in Capitulo contradictore appa-  
rente, praeter Nobilem Danielelem Kwn de dicta Caransebes, qui Secundo die statutionis praemissae in facie praefati oppidi Crasso, nominibus et in personis Nobilium praefati Joannis Nyakazo, Stephani Nyakazo de Praezaka, Francisci Nyakazo de Varhely et Dominae Barbarae Orzagh consortis Egregy Nicolai Peyka de dicta Caransebes, statutioni quorundam Praediorum Sterkowecz, Moyselupak, Poyenicza, Felseo Berzewicza, et Kettkika vocatorum. Item praefatum Nicolaum Peyka, qui quinta die Statutionis praenotatae, hoc est secunda die Martÿ, <sup>1)</sup> in ciuitate Caransebes praedicta, in praedicto comitatu Zeö-  
rinyensi existentium in propria sua, ac Egregiorum Ladislai, Joannis, Petri, Francisci, alterius Petri et Nicolai Peyka Junioris, Nicolai Kaztrucz de iam fata Caransebes personis, similiter statutioni, aliorum Praediorum Potokwl, alias Zpenczwracz, Gorwicza, et Jelhowecz nuncupatorum contradictionis velamine obuiassent; ob quas eorum praemissas contradictiones, ibidem homo Serenitatis vestrae, praetitulato testimonio nostro praesente, praefatos quidem Joannem, Stephanum, et franciscum Nyakazo, ac Barbaram Orzagh, medio dicti Danielis Kun, annotatum Nicolaum Peyka Seniore personaliter, praelibatos vero Ladislaum, Joannem, Petrum, Franciscum, alterum Petrum et Nicolaum Peyka iuniorem, medio eiusdem Nicolai Peyka Senioris, contra praelibatam Andream Barchiay ad decimum quintum diem, a die contradictionis ipsorum computando, in curiam Serenitatis vestrae, eiusdem scilicet in praesentiam rationem contradictionis eorundem reddituros efficacem, euocasset; Nos igitur seriem huiusmodi introductionis et statutionis, simul cum contradictorum, et Euo catorum, vicinorumque et commetaneorum

---

<sup>1)</sup> E nap bizonyítja, hogy fent az oklevél az introductio első napját hibásan írja feria quinta ante festum beati Petri Cathedrati (az az február 19-ére) a helyett, hogy feria quinta *post* stb. (az az február 26-ára).

que existeret et haberetur, aut eadem et idem nostram ex quibuscumque Causis uys modis et rationibus Concerneret Collationem Simulcum cum Cunctis suis vtilitatibus et pertinentys quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis agris etc. generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis ad eandem et idem de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis ueris metis et antiquis limitibus existentibus memorato Abrahamo Literato Chyerepes haeredibusque et posteritatibus ipsius universis clementer dedimus, donauimus et Contulimus Imo damus donamus et Conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam possidendam pariter et habendam Saluo Jure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas nos etc. Datum Albae Juliae secunda die mensis Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septimo.

(Liber Regius IV. Sigismundi Rakoczi 196. lap, a gy. feherv, kaptal. Itarában.)

**515.** \*)

1605. september 7-én.

Nos Stephanus dei Gratia Hungariae Transylvaniaeque princeps et Siculorum Comes etc. Memoriae commendamus tenore presentium significantes quibus expedit vniuersis. Quod fidelis noster generosus Sigismundus Sarmasaghi de Keowesd nostram personaliter veniens in presentiam, matura primum intra se deliberatione prehabita sponte et libere confessus est, pariterque retulit nobis eo modo: Quomodo ipse attentis, et consideratis fidelitate et fidelibus seruicys fidelis nostri Egregy Nicolai Harmadiái de eadem Harmadia Seruitoris sui et prouisoris castris sui Sidowar vocati, que ipse ab aliquot annis retro actis summa cum animi sui promptitudine, constantia et alacritate, in his periculosis disturbiorum temporibus, ad omnes occasiones, presertim vero in detentione et defensione prenotati castris Sidowar, per milites quondam Michaelis alias Vaiuode Valachiae Transalpinae, hostis Regni huius Transylvaniae nequissimi et immanissimi, viginti septem diebus continuis obsessi, alys etiam in rebus ac negoçys fidei suae

\*) Ez oklevél chronologiai sorozat szerint az 509. sz. után következik.

concreditis et commissis fideliter exhibuit et impendit, ob quae merita longe maioribus praemys dignus esset, totalem et integram possessionem suam *Haud est* vocatam in Comitatu Zeorenysensi habitam, simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinentys quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis, et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, syluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorys, aquis, fluuys, piscinis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet vtilitatum, et pertinentiarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, memorato Nicolao Harmadiai, haeredibusque et posteritatibus suis vniuersis perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam dedisset donasset, et contulisset, imo dedit, donauit, et contulit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Ciuitate Meggyes feria quarta proxima ante festum nativitatis beatae Mariae virginis anno domini Millesimo Sexcentesimo Quinto.

Coram Magistro Joanne  
Angyalos protonotario m. p.

(Eredetije papíron a báró Jósika család kolozsvári ltárában 38 csomag 4. darab.)

## 516.

1607. november 15-én.

Nos Requisiteores literarum et literalium instrumentorum in Sacristia siue conseruatorio Capituli Ecclesiae Albenis Transilvaniae repositarum, ac quarumlibet iudiciariarum deliberationum, legitimorumque mandatorum Illustrissimi domini Principis Executores, damus pro memoria per praesentes, quod Generosi domini Sigismundus Sarmasaghy, de eadem *Sarmasagh*, Comes Comitatus Tordensis, pro se ab vna ac Paulus Keresztesy de Nagymegier, similiter pro se, partibus ab altera, coram nobis personaliter constituti, Idem dominus Sigismundus Sarmasaghy, oneribus et quibuslibet grauaminibus Generosae dominae Barbarae Fwzy, consortis suae,

item filiorum filiarum, ac signanter Generosorum puerorum Sigismundi et Gabrielis Josica, fratrum germanorum, priuignorum videlicet suorum, filiorum, Magnifici quondam domini Stephani Josica, alias Cancellarÿ Transilvaniae etc. ex dicta domina Barbara Fwzy procreatorum, denique fratrum, sororum, proximorum et consanguineorum suorum, ac aliorum quorumlibet iam natorum et nascendorum, quos videlicet infra-scriptum tangeret et concerneret, tangereue et concernere quomodolibet in futurum posset negocium, super se assumptis et leuatis, matura prius intra se deliberatione praehabita, sponte et libere oraculo uinae vocis suae, confessus est pariter et retulit in hunc modum, Quomodo ipse, certis rationabilibus et bonis respectibus inductus, ac commodum et vtilitatem utriusque partis spectans, de et super bonis, iuribusque suis possessionariÿs, totali videlicet et integro castro Sidowar nuncupato, vna cum totalibus et integris possessionibus Sidowar, Nadragh, Sidemir, et Zederies in comitatu Zeoreniensi, ad idem castrum pertinentibus, item totalibus similiter et integris possessionibus Ferde, Bechest, Hewgest, Romonest, Poyeni, Lunka riului, Bogest, Zold, Cheremida, Chokonest, Draxinest, Bannya, Zerb, Mathnik, Suponest, Pudanest, vna cum portione possessionaria, in possessione Gladna, ac alpibus Basa hawassa dictis in Ferde nec non totali oppido Busor, ac totalibus similiter et integris possessionibus Zederies, Ziged, Dayest, Boya, Kitest, Zechyen, Bothinest, Zarazany, Berna, Giurest, Kelchest, Botest, Baloznia, Vngurest, Zuzany, et Supan vocatis, omnino in districtu Busoriensi et Huniadiensi comitatibus existentibus habitis, ipsum dominum Sigismundum Sarmasaghy, ex donatione et collatione Serenissimi quondam domini, ac domini Andreae Cardinalis Bathorei, alias Principis Transilvaniae etc. felicitis recordationis, optimo iure concernentibus talem cum praefato domino Paulo Keresztesy, fecisset celebrauissetque contractum, Quod videlicet dictum castrum Sidowar, oppidum Busor, totalesque et integras possessiones, portionesque possessionarias praenominatas, simul cum cunctis eorum vtilitatibus et pertinentÿs quibuslibet, ter-

ris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, foenetis, syluis, nemoribus, montibus, uallibus, alpibus, uincis, uinearumque promontorijs, aquis, fluuijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis, et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, ad eadem et eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, memorato domino Paulo Keresztesy, ipsiusque haeredibus et posteritatibus vtriusque sexus uniuersis, in et pro mille florenis vngaricalibus, titulo pignoris, tempus infra redemptionis, ad duodecim vsque annorum spatium, proxime venturum, dedisset, inscripisset, et impignorasset, quam summam, partim in aureis monetis, singulos aureos pro duobus florenis vngaricalibus computando, partim in clenodjs, rebusque pretiosis, ac pecuino, armentalique genere, praefatus dominus Paulus Keresztesy dedisset, deposuisset, ac soluisset, eosdemque atque eadem praelibatus dominus Sigismundus Sarmasaghy, vt ipse dixit, leuasset, percepisset, atque accepisset: hac lege et conditione, quod videlicet dum et quando, post duodecim annorum effluxum, praenotatus dominus Sigismundus Sarmasaghy, aut eius haeredes, et posteritates vtriusque sexus uniuersae, praenominatum castrum Sidowar, oppidum Busor, praecensitasque totales et integras possessiones, portionesque possessionarias, ad se se redimere uoluerint, extunc annotatus dominus Paulus Keresztesy, uel haeredes ipsius, rehabita tamen prius praetacta mille florenorum summa, vnacum praescriptis cunctis suis utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, eidem domino Sigismundo Sarmasaghy, vel praelibatae dominae Barbarae Fwzy, consorti eius, eorumque haeredibus resignare debeant et teneantur absque ullo iuris strepitu. Hoc per expressum declarato, ut quaecunque tormenta aerea, ferrea, grandia, mediocria, parua: item mortaria, barbata, aliaque bombardarum et pyxidum genera, cuiuscunque formae, quantitatis et species fuerint: item pulueres bombardici, ac globi ferrei et stannei, nec non supellectiles domesticae, scilicet mensae, scamna, sedilia, arcae, uinaria uasa, et in summa quaelibet instrumenta aerea, ferrea atque lignea, in praesentiarum in dicto castro aut

in adiunctis pertinentijs haberentur, ea omnia, coram nobilibus personis, nec non vtriusque dominis Seruitoribus, ad id ab ipsis delectis, in certa inuentaria redigantur, atque conscribantur, idemque inuentarium, in conseruatorio Capituli Ecclesiae Albensis reponatur, ut cum vsus postulabit, et praenotatum castrum *Sydowar*, praescriptaque iura possessionaria ad idem pertinentia, redimenda erunt, certa earum rerum omnium constet ratio, et uel illa inuentata, in specie, uel aequiualentia, tantidemque precij, debeat et teneatur dictus dominus Paulus *Keresztesy*, aut haeredes et successores eius, eidem domino Sigismundo Sarmasaghy eiusque haeredibus, et successoribus remittere, restituere et resignare. Hoc quoque signanter addito, ne *Jobbagiones*, possessiones, praedia, eorumque pertinentiae quaelibet, quae ad dictum castrum *Sidowar*, ab ipso domino Sigismundo Sarmasaghy haecenus tenta aut quomodolibet alias possessa sunt: donatione, uenditione, iure perennali, aut alio quolibet modo et praetextu, ab alienentur, sed tota et integra in hoc uel integriore statu, ad tempus usque redemptionis conseruentur, ac praenotato tempore, absque defectu reddantur et restituantur. Quod si uero praefatus dominus Paulus *Keresztesy*, aut eius successores et haeredes, praenotatum castrum *Sidowar*, oppidum *Busor* ceterasque possessiones et portiones possessionarias supra notatas, ad idem castrum pertinentes, quouis quaesito colore, praetextu et ratione, nollent, non curarent, aut praetermitterent reddere atque resignare, extunc idem dominus Paulus *Keresztesy*, a praefato domino Sigismundo Sarmasaghy aut haeredibus eius, peremptorie euocatas, ad primum diem qualiumcunque et quorumcunque regni huius Transyluaniae comitiorum, primitus tunc celebrandorum, absque ulla ulteriore dilatione, iuri stare debeat, ad restitutionemque dictorum castri, oppidi et possessionum cogi debeat: ac praeterea licitum et liberum sit, quaslibet possessiones ipsius domini Pauli *Keresztesy*, in quocunque comitatu regni huius Transyluaniae aut partium Vngariae existentes habitas, occupare, possidere, atque ab ipso domino Sigismundo Sarmasaghy, eiusque haeredibus teneri: neque tali facto, in ullam factae potentiae poenam incurrat: protestatione, iuhibitione, aut Illustrissimi domini Principis gratia,

nihil suffragantibus. Ex aduerso dictus quoque dominus Sigismundus Sarmasaghy, omnimodam et plenariam euictionem assumens, obligat se, praenominatum dominum Paulum Keresztesy, eiusque haeredes et successores vniuersos, in quieto et pacifico dominio, praenotatorum castrum Sidowar, et iurium possessionariorum omnium, ad idem pertinentium, vsque ad praedictam mille florenorum summam, contra quoslibet legitimos impetitores, turbatores, causidicos et actores, proprys suis laboribus, cura, fatigys et expensis, tueri, protegere, et defendere, intra praenotatum duodecim annorum spatium, conservare semper paratum fore. Quod si uero saepe fatus dominus Paulus Keresztesy, aut ipsius haeredes, lite quapiam legitima ac iuridico processu, praeallegatum castrum Sidowar, bonaque possessionaria ad idem pertinentia amitterent, atque eorum dominio exciderent, extunc idem dominus Paulus Keresztesy, ex quibuslibet bonis, ac iuribus possessionarijs dicti domini Sigismundi Sarmasaghy, in quocunque comitatu Transyluaniae, uel partium regni Vngariae existentibus habitis, signanter ex possessionibus Sarmasaghy et Keöwesd, auticis suis bonis, earumque pertinentys, totales et integras possessiones portionesque possessionarias occupare, tenere et possidere, utilitatesque earum percipere possit tamdiu, donec duodecim annorum praenotatum spatium, a data praesentium, factoque hoc contractu computando, elabatur, elapsisque duodecim annis, mille florenorum summa persoluatur, quibus persolutis ipse quoque dominus Paulus Keresztesy, dicta bona occupata, mox et de facto remittere ac reddere, saepedicto domino Sigismundo Sarmasaghy, eiusque haeredibus debeat ac teneatur. Hoc quoque addito, quod quicquid intra praenotatum duodecim annorum spatium, ad aedificandum castrum Sidowar, aut in adiunctis eius pertinentys quibuslibet, prae libatus dominus Paulus Keresztesy impenderit, limitatis tandem ac reuisis expensis, debeat memoratus dominus Sigismundus Sarmasaghy, eiusque haeredes, aedificacionis precium resolvere, ac eidem domino Paulo Keresztesy, eiusque haeredibus, vna cum capituli mille florenorum summa praemissa, refundere: prout dedit, inscripsit, et impignorauit, ac ambae partes coram nobis modo praemisso transegerunt, harum no-

strarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quinta proxima post festum Beati Martini Episcopi et Confessoris, Anno domini Millesimo Sexcentesimo Septimo.

(Eredetije a báró Jósika család kolozsvári ltárában, Fasciculus 38, No 5. Kívül az erdélyi káptalan pecsétje.)

## 517.

1608. január 11-én.

Illustrissime Princeps et Domine, domine nobis semper gratiosissime fidelium seruitorum nostrorum humilimam semper paratissimam perpetuamque oblationem. etc. Az zent Isten Kewansagos nagi sok iokkal io egesseges es üdvesseges hozzu illettel algia meg Nagisagodatt ez vÿ eztendeöben, es keövetkezendö sok vÿ eztendeökben. etc.

Kegielmes vrvnk hoza nekeönk az Vitezleö Trombitas Istuan az Nagisagod parauziolattiatt, 22. Decembr. kiben parauziol Nagisagod nekeönk hogi ez meg newezett Tronbitas Istwant az Thömeös varmegieben leweö Boxa neweö faluba ippen es Sasanocz Voxincz, Duboz, Izgar es Kader neweö faluknak azon Varmegieben leweöknek rizeiben bele iktatnok, miuel hogy regi tulaidon zolgalattiaawal talalt jozaga uolna, Nagisagod Kegielmesen ismet, vÿ donational neki es maradekinak meg atta: mely Nagisagod parauziolattia illien igekkel uagion meg irwa.

Sigismundus Rakoczÿ, Dei gratia Princeps Transylvaniae, partium Regni Hungariae dominus et Siculorum Comes etc. Fidelibus nostris Egregÿs ac Nobilibus, Caspari Bölöny. Joanni Biborczfalwÿ, Joanni Palosy, Joanni Strucz, Joanni Zoliomÿ Scribis et Notarÿs Cancellariae nostrae maioris de Curia nostra ad id specialiter transmissis, Item Georgio Ördögh Prouisori Lippensi, Petro Sebesÿ, Michaeli Deak Georgio Tarbusula, Georgio Basy omnino de Lugas, Joanni Ribiczey de Keörösbanya vicecomiti Comitatus de Zarand, Martino Banÿaz Judici primario Ciuitatis Lugasiensis Salutem et fauorem. Quum nos ad nonnullorum fidelium dominorum Consiliariorum nostrorum singularem intercessionem nobis propterea factam, tum vero attentis et consideratis fidelitate

fidelibusque seruitys, fidelis nostri Egregy Stephani Trombitas familiaris Castri nostri Lugasiensis, quae ipse antea Principibus Regni huius Transylvaniae, Praedecessoribus videlicet nostris, et nobis, etiam in omnibus occasionebus bellicisque expeditionibus, contra quosuis hostes Regni fideliter summaque cum animi sui promptitudine, et sanguinis effusione exhibuit et impendit, ac infuturum quoque exhibiturus et impensurus est. Totales et integras possessiones Boxa, ac portiones possessionarias, in possessionibus Sasanocz, <sup>1)</sup> Vóxincz, Doboz, Izgar, et Kader, <sup>2)</sup> proprys seruitys acquisitas, in Comitatu Teömeösvariensi existentibus habitas, in quarum quieto et pacifico dominio, a tempore adoptionis earundem perstitisse et nunc quoque persistere, literasque superinde sufficientes habuisse, verum in his praeteritis disturbiorum temporibus amissas et perditas esse asserit. Totum item et omne ius Regium si quod in ysdem etiam aliter qualitercunque existeret et haberetur, aut eadem et idem nostram ex quibuscunque causis, uys, modis et rationibus concerneret collationem. Simul cum cunctis suis vtilitatibus, et pertinentys quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, foenetis, syluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque Promontorys, aquis, fluuys, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter uero quarumlibet vtilitatum, et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis uocabulo uocitatis, ad easdem, et idem, de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis ueris metis et antiquis limitibus existentibus, praemissis sic ut praefertur stantibus et se habentibus, memorato Stephano Trombitas ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis, vigore aliarum literarum nouae nostrae donationis titulo confectarum et emanatarum in perpetuum saluo iure alieno clementer dederimus donauerimus, et contulerimus, velimusque eiundem in dominium earundem possessionis, portionumque possessionariarum dictisque Juris Regy in eysdem qualitercunque habiti per uos legitime

<sup>1)</sup> A mai Susanovecz a Temes folyó jobb partján.

<sup>2)</sup> Ma Kádár.

facere introduci. Super quo uobis harum serie committimus et mandamus firmiter vt acceptis praesentibus, statim simul uel duo uestrum, sub oneribus alias in talibus obseruari solitis ad facies praedictarum possessionis **Boxa**, portionumque possessionariarum in possessionibus **Sasano cz**, **Voxincz**, **Doboz**, **Izgar** et **Kader** in Comitatu Theomeosvariensi existentibus habitarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis, et praesentibus accedendo introducatis praefatum Stephanum Trombitas, in dominium earundem possessionis, portionumque possessionariarum praescriptique **Juris Regy** in ysdem qualitercunque habiti Statuatisque easdem, et idem, ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis simul cum praescriptis cunctis suis vtilitatibus et pertinentys quibuslibet, iure ipsis ex praemissa donatione nostra incumbente perpetuoque possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, euocetis eosdem ibidem contra memoratum Stephanum Trombitas ad decimum quintum diem a die contradictionis ipsorum ex hinc fiendae, computando, in curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et post haec vos seriem huiusmodi introductionis et statutionis vestrae, simul cum Contradictorum et euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt Nominibus et cognominibus terminoque assignato ut fuerit expedita nobis terminum ad praedictum fide vestra mediante referre vel rescribere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibendi restitutis. Datum Albae Juliae, Quarta die Mensis Augusti. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo septimo. **Mi azert kegielmes Vrunk az Nagisagod parancziolattia zerent az meg neuezet Trombitas Istuant ugiam azon nap vgmintt 22 Decembr. ezen eztendöben tudni illik : Anno 1607 azoknak az faluknak hatariban belemenwen, bele iktatok, de sem az hatarban, sem az hatar kiweöl contradictor nem talalkozek Trombitas Istuan ellen. Azert mi zabad vrasagaban hattuk ez meg neuezett falukban. Melliet Nagisagodnak mi fide nostra mediante meg irtuk, es fel kältwk Nagisagodnak Tarczia meg Isten Nagisagodat nagi sok eztendeigh is egessegben bodogul.**

Datum in Oppido Lugas 11. die mensis January Anno Domini Millesimo Sexcentesimo octauo.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae

Seruitores perpetui  
semperque fideles

Michael Literatus  
Petrus Sebessy  
Uaiuodales.

(Kivül: Illustrissimo Principi et Domino domino Sigismundo Rakoczi Dei gratia Regni Transilvaniae Principi, partium Regni Hungariae Domino, et Siculorum Comiti etc. Domino, domino nobis semper gratiosissimo.)

(Más helyen: Anno 1609. die 17. mensis Septembris apertae per me Erasmus Adam Secretarium. A levél két apró pecséttel volt lezárva, egyik közüle római gemma.)

(Eredetije papíron a tinkovai Macskási család ltárában XXI. csomag, 706. szám.)

## 518.

1608. april 19-én.

M<sup>v</sup> Gerlistei Lazlo, es Kun Daniel Zeorin varmegienek, es Karansebes tartomanianak vice Ispanni, es Simo(n) Mihali azon varmegie hüteös zolga birai. Adgjuk emlekezetre ielen valo leveleoneknek rendiben mindeneknek az kiknek Illik mostaniaknak s mind jeouendcoben leueoknek. Hogy ieoue mi eleonekben az nemes Mathnoki Gabor, vgian it valo Karansebesireo maga, es az Annia Simon Anna zoni az nehai Mathnoki Farkasne, es az teob hugai kepekben; az kikel egi kenieren vadnak az Attiok hazokban, es maga zabad akaratiabol illien valaszt teon. Hogy kenzeritetet mostan nagi zuksegenek el tauoztatasaert, zalogositani az becziuletet Berla radulnak negi puzta teleket, Matnok faluan ezzen Zeorin varmegieben, es Karansebes tartomaniaban ki vagion, tudnia Illik Dada Janos teleket, oprissa Mihalet, Zabo georgiet, Paul briczkoet; Az eleottis elzalogositot volt vgjan Motnok Gabor hat teleket, vgjan Motnok faluan, tudnia Illik Pejka Adam teleket, Stephulet Stephan pulanet, Petru Kreczunaczaet, vrzulet, hatodikat kit Zabo farkasne veodt volt zalagban, Mi-

hali Nagh Matnoki Farkasnak huz forintert az hat teleket zalagositotta volt az eleottunk való Ispannok, Tiuadar Lazlo es Iffabbik Lachugh Ferencz vramek Ispansagakort, es frusa Lazlo zolga birosagaban hetuen forintert negiuen eztendeigh, Attiokfiat megh kinaluan es hatarossit, hagi ki ne valthassa senki Berla radultol, se maradekiteol, az evictiotis vgi veotte volt magara Mathnoki Gabor, hogj ha megh nem otalmazhatna Berla radult, vagj maradekit, maga keolczegen az Mathnoki Jozagban valami ver ellen, tehát az Ispanokkal egieb Jozagara, vagj Z a k u l r a, M o r e n c z r e, vagj egiebunc rea mehessen Berla radul, es az motnoki Jozaghoz hasonlo haznos Jozagot vehessen, foglalhasson, perpatuar nelkul, Contradictione, Inhibitione, gratia principis non obstante. Az hat telekhez azert ez mostani megh neuzet negi telepet valla adn . . . mi eleottunk az hat telekekel edgiut, zaz tizenhet forint summa penzert, vgjan azon negjuen esztendeigh, hogj ki ne valthassa, sub eadem conditione, az mint az eleottunk való Ispannok ideieben valotta az mint constal leuelekbeol, az megh neuzet tiz telekeket, az Zabo farkasneien Mihalj Nagh teleken kiueol, melljel tartozek megh erezteti Berla radul, vagj maradeki, valamikor tehetik le az huz ( . . . . . )ot. Adta azert a feliul megh irt telekeket, minden hozzaiok tartozozanto kazalo feoldeiucl, minden p . . . iuel, vizeiucl, malmokkal es malom heliekkal, giumeolcz fakkal, es egieb pertinentiaiucl, akar mineuel neu(eztet)nenek Berla radulnak, es maradekinak, az feliul irt mod zerint. Meli dolognak nagjob bizonsagaert adgjuk ez mi leueleontket zokot varmegieonknek peczjetiucl confirmaluan es megh erosituen. Datum in Caransebes die decima nona Apprillis Anno domini Millesimo Sexcentesimo octauo.

Nicolaus Juul notar.

Juratus m. p.

(Három pecsét helye.)

(A Macskási család levéltárában 855. szám alatt őrzött eredetiből, papíron.)

**519.**

1608. september 22-én.

Nos Gabriel Bathori etc. Memoriae etc. Quod nos Cum ad nonnullorum etc. Tum vero attentis et consideratis fidelitate fidelibus seruitÿs fidelis nostri Egregÿ Balthasaris Veseleni de Gieke, quae ipse ab aliquot iam annis Principibus Regni huius Transilvaniae praedecessoribus videlicet nostris in omnibus occasionibus et Nobis quoque ex eo toto tempore quo Dei benignitate ad hunc Principatus nostri gradum electi et euecti sumus fideliter et summa Cum animi sui promptitudine exhibuit et impendit ac in futurum quoque juxta possibilitatis suae exigentiam exhibiturus et impensurus est Totale igitur et integrum Castellum Fachiath nuncupatum in Comitatu Orodienſe existens habitum, quod ad hoc tempus mater eiusdem Balthasaris Veseleni Generosa Domina Margaretha Chieferi (Helyesen: Cseffey) Relicta videlicet Generosi quondam Daudis Veres de Carko pacifice et libere possedit Totum Item et omne Jus nostrum Regium etc. simul cum cunctis suis vtilitatibus allodiaturis integris possessionibus portionibus praedÿs et eorundem quibusuis pertinentÿs Terris scilicet arabilibus cultis etc. generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum Integritatibus etc. memorato Balthasari Veseleni ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis elementer dedimus donauimus et Contulimus, imo damus donamus et conferimus Jure perpetuo etc. Datum In Ciuitate nostra Colosuar die 22. Septembris Anno 1608.

(Liber Regius V. Gabrielis Báthori, 143 lap. a gyulafehÉrvári káptalan ltárában.)

**520.**

1609. ápril 3-án.

Nos Gabriel Dei gratia Transsylvaniae Princeps Partium Regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit vniuersis. Quod nominibus et in personis fidelium no-

strorum Gēnerosi ac Nobilium Joannis Lugosy, Michaelis Deesy alias Literati, Martini Baniás et Georgii Radul in propriis ipsorum, ceterorumque vniuersorum Nobilium et Keneziorum nec non aliorum Walachorum Districtuum Lugasiensis, Sebesiensis, Mihaldiensis, Halmasiensis, Krassofwýensis, Borzafwýensis, Komyatiensis et Illedjensis, exhibitae sunt nobis et praesentatae binae quaedam litterae, primae quidem Serenissimj quondam Domini Ladislaj Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Regis, Austriae et Styriae Ducis, nec non Marchionis Moraviae etc. faelicis recordationis, confirmationales, Donationales, Annuentionales, exemptionales et Privilegiales in pergameno patenter confectae, sigilloque ejusdem domini Regis impendenti et authentico in cera rubea impressiue communitae et roboratae, quibus mediantibus Idem Dominus Rex Vniuersa et quaelibet Privilegia eorundem Nobilium Walachorum et Keneziorum super quibuscunque ipsorum libertatibus immunitatibus et praerogativis, a diuis quondam Regibus ipsis data et concessa, sub illis conditionibus et cautelis quibus ipsis concessa fuissent, roborasse et confirmasse: Deinde hoc ipsis annuisse ut in praefatis octo districtibus nulli extraneo Villas et possessiones donare liceat praeterquam illis, qui propter fidelia ipsorum seruitia antefatis Walachis et Nobilibus <sup>1)</sup> benemeriti esse videbuntur. Praeterea ne cuiquam easdem Villas et possessiones sed neque ipsi Regiae Maiestati ab inuicem separare alicui conferre, verum sacrae Regni Coronae semper adherere, quin imo praedictum districtum Comiatensem praenominatis aliis septem districtibus denuo adiecisse, insuper id etiam ipsis annuisse ut solus Comes inter ipsos Iudicia exercere, dehinc vero ad Iudicem Curiae exposit in praesentiam Regiae Maiestatis appellare possint et valeant. Sed et hoc ipsis concessisse ut in exigendis Birsagiorum oneribus Comites et Vice Comites equum, Arma et aues <sup>2)</sup> convictorum minime auferre, ac praesenti Vno Iudice Nobilium eorundem

<sup>1)</sup> Ezen aláhuzott szavak nem léteznek V. László király eredeti kiváltságlevelében.

<sup>2)</sup> A gyulafehérvári káptalan 1800. évi átiratában: Oves,

Birsagiorum onere exigere possint et valeant. Ultimo a quorumlibet tributorum solutione exemisse, et res ac bona tam ipsorum quam Jobbagionum suorum a quorumlibet arestatione eosdemque ac Jobbagiones ipsorum a Judicij aliorum libertasse. Verum id ipsis concessisse dignoscebatur ut si qui aliquid actionis contra Jobbagiones ipsorum se habere praetenderent id non nisi coram ipsis Nobilibus, adversus autem eosdem Nobiles in presen(tia) Comitum suorum inde in praesentia Judicis Curiae Regiae postremo in praesentia suae Maiestatis Juridice prosequatur. Alterae vero Serenissimae quondam Dominae Isabellae Dei gratia Reginae Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Donationales in simplici papyro itidem patenter confectae sigilloque eiusdem Reginae secreto similiter in cera rubea impressivè roboratae quibus mediantibus eadem Regina intuitu praeclaræ fidelitatis, fideliumque seruitiorum totius Vniuersitatis Oppidi Lugas suae Maiestati exhibitorum et exhibendorum, eisdem haeredibusque et posteritatibus ipsorum Vniuersis, quaedam Arma seu nobilitatis Insignia, in illis literis luculenter descripta et declarata simul cum eorundem Armorum libertatibus et praerogativis <sup>1)</sup> in perpetuum dedisse et concessisse dinoscebatur tenoris infrascripti: Supplicatum itaque extitit nobis nominibus et in personis suprafatorum Joannis Lugasy, Michaelis Deesy alias Literati, Martini Bantias, et Georgy Radul aliorumque Vniuersorum Nobilium Keniziorum et Walachorum praenotatorum Districtuum humillime quatenus nos dictas binas literas, nec non omnia et singula in illis literis contenta, ratas, gratas et accepta habendo, praesentibusque literis nostris verbotenus inseri et inscribi faciendo eisdem, nec non omnibus et singulis in ysdem contentis, nostrum consensum benevolum pariter et assensum praebere, tum pro se ipsis, quam pro posteritatibus successoribusque ipsorum Vniuersis in perpetuum Valituras gratiose confirmare dignaremur. Quarumquidem primarum literarum verbalis continentia sequitur hoc modo: (Lásd V. László király 1457. évi levelét 312. szám alatt.)

<sup>1)</sup> A gyulafehérvári káptalan 1659 évi átiratában: libertatibus, et *immunitatibus* ac praerogativis. « Az 1634. évi átiratban az aláhuzott szavak nem fordulnak elő.

Alterarum autem literarum tenor iterum sequitur in hunc modum : (Lásd Isabella királyné 1551. évi levelét 408. sz. alatt.)

Nos itaque praemissa eorum supplicatione nobis quo supra porrecta, clementer exaudita et faventer admissa, praescriptas binas literas confirmationales Donationales Annuntionales exemptionales et Privilegiales Serenissimorum quondam Ladislai Regis et Isabellae Reginae non abrasas non cancelatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspitione carentes, praesentibusque literis nostris de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas et inscriptas, quo ad omnes earum continentias clausulas et articulos et puncta catenus, quatenus eadem rite et legitime existunt emanatae, viribusque earum veritas suffragatur, ratas gratas et acceptas habendo, praemissis omnibus et singulis in praesertis binis literis contentis, nostrum praebuimus consensum, imo prebemus benevolum, pariter et assensum, ac tam pro se ipsis, quam pro posteritatibus successoribusque ipsorum universis in perpetuum valituras clementer confirmamus, annuentes et concedentes eisdem ut ipsi praedecaratis universis et singulis libertatibus immunitatibus, et praerogativis quibus hactenus usi et gavisii fuere, non minus in posterum quam antea Augustissimis temporibus uti frui et gaudere, salvo tamen Fiscii nostri Jure permanente, Valeant atque possint. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes literas nostras pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas, Memoratis universis Nobilibus Kenezys Valachis, caeterisque Inhabitoribus annotati oppidi nostri Lugas ac supradictorum octo Districtuum dandas duximus et concedendas. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia Die tertia Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo sexcentesimo nono.

Gabriel, princeps,  
Stephanus Kendi  
Cancellarius.

(*Kivül* : 1609. feria sexta in festo beati Galli Confessoris in generali Congregatione dominorum Regnicolarum trium Nationum Transylvanensium et Partium Regni Hungariae exhibitae et publicatae sunt pre-

sentes in personis Vniversorum Nobilium Lugasiensium, et per eosdem dominos Regnicolas in vigore valeant nullo contradictore apparente.)

Mgr. Joannes Angyalos  
prothonotarius.

(Más helyen szintén kívül : Anno 1609. 1<sup>a</sup> die Juny praesentatae Coram me Ladislao Gerlistey substituto Bano ac Generoso Domino Vulphango Kamutý.)

Eodem Anno et die presentate Coram Castellanis Comitatus Zeoreniensis Joanne Peika et Daniele Kun.

(Eredetije a Macskási család levéltában fasciculus XXI. 709. szám ; hártýán, nagy alakban. A szöveg elején az Isabella királyné által Lugas városának engedélyezett címer : koronából kiemekeldő fehér farkas kék mezőben ; négy hüvelyknyi magasságban és 3 hüvelyknyi szélességben.)

(Báthory Gábor ezen megerősítő levelét átírták a gyulafehérvári káptalan requisitorai 1634. évben, valamint a gyulafehérvári káptalan 1659. június 5-én Simon György és Fiáth Lajos kérelmére. Végre Stephanovits Sima lugasi főbíró, Stephanovits György városi tanácsos és Popovits Moyses jegyző aláírásával ellátott folyamodás következtében, I. Ferenc király Kolozsvárott 1800. augusztus 19-én szintén megparancsolá a nevezett káptalannak, ezen kiváltságok hiteles alaku kiadását, a mi részéről megtörtént ugyan ezen hó 24-dik napján. Ezen utóbbi átirat ma a lugosi görög nem egyesült egyház ládájában őriztetik.)

## 521.

1609. május 4-én.

Serenissimus dominus Princeps dominus Clementissimus Egregium Michaelem Literatum Desi ex statu et conditione plebea ac ignobili in qua hactenus extitit exemit, ac in coetum et numerum verorum Regni Transilvaniae et partium Hungariae nobilium annumeravit et adscripsit. In cuius signum haec Arma seu nobilitatis Insignia. Scutum videlicet militare erectum coelestini coloris in cuius campo seu area Falco ceu volans, dextro frameam, sinistro autem pedum lunam, quasi crescentem, ex eaque auream crucem prominentem tenere, ac in ore eius calamum scriptorium gestare conspicitur. Supra scutum galea militaris clausa est posita, quam conlegnit Diadema Regium genuinis atque vnionibus apprime exornatum. Ex Cono etc. Animo deliberato praefato Michaeli Literato Desi ipsiusque haeredibus et posteritatibus vtriusque sexus

vniuersis gratiose dedit, donauit, et contulit. Et nihilominus Totalem et integram domum eiusdem in Ciuitate nostra Lugasiensi, vicinitatibusque domorum, nobilium Nicolay et Gasparis Sarga ab oriente ac prouidi Mixe Hegedüs, a meridie, ab occidente vero viae publicae, et Nobilis Stephani Somogy, a Septemtrione autem plagis generosi Stephani Vaida, in vico vulgo Szuszany vczá uocato, in Comitatu Zörinensi existentem habitam, ab omni censuum, taxarum et contributionum tam ordinariarum quam extraordinariarum, subsidiique et lucri Camerae solutione, seruitiorum quorumlibet plebeorum et Ciuiliū exhibitione ac hospitum condescensione. Seminaturas item Allodiaturas Agricolationes et alias quaslibet haereditates ipsius, quas in dicta Ciuitate nostra Lugasiensi Juste et legitime possideret, a Decimarum Nouarum et Capetiarum pensione in perpetuum exemit supportauit et Nobilitauit. In Cuitate Colosuar etc.

(Liber Regius VI. Gabrielis Báthory 210. lap. a gy.-fehérvári káptalan Itárában.)

## 522.

1609. május 8-án.

Nos Requisiteores literarum et literalium instrumentorum in sacraestia sive conservatorio Capituli ecclesiae Albensis Transilvaniae depositarum et locatorum, ac quarumlibet iudicialiorum deliberationum, legitimorumque mandatorum Serenissimi Domini Principis executores damus pro memoria per praesentes, Quod nobilis Stephanus Somogy, Michael Literatus de Des, Martinus Baniás, Devay Jankul, Joannes Kempul, et Georgius Radul nostram personaliter venientes in presentiam suis ac Egregiorum et Circumspectorum Juratorum Iudicis Primarii Nicolai Toysa, Senatorum ac Inhabitato- rum totiusque Communitatis et Universitatis nobilium ceterorumque Valachorum et Keniziorum oppidi et Districtus Lugasiensis, nominibus et in personis per modum solemn- is protestacionis, contradictionis, prohibitionis et Inhibitionis nobis significarunt in hunc modum: Quomodo prout iidem Protestantes perceperunt, superioribus diebus Serenissimus

Dominus Dominus Gabriel Dei gratia Princeps Transilvaniae partium Regni Hungariae Dominus ac Siculorum Comes dominus noster benignissimus totale ac integrum oppidum *Lugas* vocatum, ejusque Districtum et pertinentias in Comitatu Zevriniensi existens habitas, certaeque cujusdam collationis titulo Magnifico Domino Gregorio Nemethy consiliario praefati domini principis dedisset, contulisset et abalienasset in praepjudicium et Damnum derogamenque privilegiorum uetustorum, ac libertatis nobilium praefati oppidi, inhabitatorumque ac pertinentiarum manifestum. Unde facta huiusmodi protestatione iidem Stephanus Somogy et caeteri praenominati, et inhabitatores praenotati oppidi *Lugas* nominibus quorum supra, primum quidem praelibatum Serenissimum Dominum Principem a donatione, collatione inscriptione, venditione vel alio quouis titulo et colore abalienatione, memoratum verum dominum Gregorium Némethy aliosque quoslibet uniuersos et singulos quicumque hujusmodi collationi palam vel tacite inhiarent, aut inhiaturi essent, ab impetratione emptione occupatione, sibi ipsis usurpatione, statui factione, dominio proprietate, usu fructu, ususque fructus perceptione, et percipi factione, quandocumque quibuscumque cuicumque vel quomodocumque jam factis vel fiendis praescriptorum oppidi *Lugas* et districtus ejus totalis uel partialis. Loca denique capitularia et conuentualia aliaque quaelibet credibilia, nec non executores principales a statui factione, introductione, litteralium fassionalium relatoriarum, aliarumque quarumlibet ratione praevia emanatarum vel emanandarum extraditione prohibuissent et inhiuissent contradicendo, contradixeruntque prohibendo et inhiuendo coram nobis publice et manifeste. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in festo beati Stanislai Episcopi et Martyris Anno domini Millesimo sexcentesimo nono.

(Szende Béla gyűjteményéből.)

### 523.

. 1609. június 5-én.

Mi Peyka Janos, es Kun Daniel, Zeoreni Varmegienek es Karansebes tartomanianak Ispany, es Simon Mihaly azon

Varmegie hiteos zolga biraia Adgiwk emlekezetre mindeneknek, kiknek illik ez mi mostani ielen ualo leuelunknek rendiben mostaniaknak s mind Jeouendeoben leueknek hogy marat volt adossa az megh holt Zaguay Miklos, Kriczouay Ferencznek niluan ualo, es meg bizoniosodott addossagal Tizen hat forintal Mely adossagertt, mikoron mÿ Varmegienknek regÿ zokassa zerint zeket Vlteenk uolna, teruineknek el Igazitas-aertt, eleo alla az megh holt Zaduay Miclos Relictaia Kriczouay Annucza Azzoni, es teruinynek uette az ura adossagitt, az maga iauaiboll kelle megh fizetnie, minthogy az Varosban semmÿ ereoksege nem uolt, az Vranak, mely propositioiara, Az Zaduay Miclos Attiafiats Motnokj Gabor teobbel egiut hasonlo keppen, teruinynek uettek az dolgott, honnet kel az sattis factionak lenie, es mikoron mind az ket fel, egÿ mas Akaratiabol kÿ mentenek uolna. Itiltwk hogy megh eskegiek az azzony Zaduay Miklosne Tizen heted napigh, hogy azt az Adossagott tiztan az Vra Zaduay Miklos teotte uolna, es hogy az Vratul sem pinzen sem ezust sem egieb Jauaj nem marat-tanak az Azzonynak, kibeol fizethesse az Vranak teott Adossagitt, ha megh esketik Zalagicson az Azzonj az Vra Jozagabul az Adossagertt, az Vra Zaduay Miclos neuuel, mikoron Azert az megh hagiott nap eleo jeott uolna, Az azzonÿ megh eskwtt az hiteos zolgabiro eleott teott teruiniunk zerint Az utan eleonkben jeouen az megh neuezet azoni, az kriczouay ferencz adossagaertt az Tizen hat forintertt, Ada es Valla mi eleottunk M o t t n o k faluan Marthon olarul es Miclos Giula teleket, mely M o t t n o k falw ezzen Zeorini Varmegieben es Karansebes tartomaniaban uagion. Az mint adtta Vallotta es keotette az Zaduay Miclos attiafiay akaratiokbol azert az Tizenhat forintertt megh ualtasnak ideigh, minden hozaiok ahoz az Marthon Olarul es Miclos Giula telekhez tartozo haznokkal Zanto feoldeyuel kazalo retyuel, erdeiuel hegieiuel Veolgieyuel Irtasokkal hauassokkal, uizekkel, malmokkal malmok helliekkel, mezevkel Tilalmasokkal halazzo helliekkel, es akar mi neuel neuendezeo Jokkal es haznokkal, minden kezett kj ueuen abbol az ket telekbeol, kezebe erezettek, mind addig birny haznait ueonÿ Kriczouay ferencz smaradeky, adig is meg az Pinset ez az kire nezne az Valtas leuen teonnek eztis hoza

teuen, hogy ha ualami Jobbagiokatt zallitana kriczouay ferench, az ket telekre, ualamit keoltene az Jobbagiokra aztis az adosagban tudgiak, az megh ualtas kortt, adig kezebeol ki ne uehessek, auagy az Jobbagiokon megh uehesse Kricsouay ferencz. Mind azon által Kricsouay Ferenczis zemellie zerint aluan mi eleottunk zabad akaratiabol senkÿ kenzeritesebeol illien ualast teon, Hogy eo ugian azon megh irtt ket Jobbagy telekett, az kiket az Tizenhat forint adosagertt zalogositot az megh neuzet huga, Zaduay Miclos relictaiia Kriczouaj Annucza azzonj, Adgia Vallia es keott; Berla Radulnak es Maradekinak azert az Tizenhat forintertt, kireol eotet megh elegiteotte Berla Radul, Az mint atta valotta keotette, minden Jussat es Igasagat ki ueuen abbol az ket telekbeol Berla Radul es Maradekj kezeben ereztette minden hozaiok tartozo haznokkal, ualamint nekj keotette ualotta az megh neuzet huga, zinte az forman atta eois Berla Radulnak es Maradekinak, Mely dolognak bizonsagaertt adgiuk miwes, es mi mostani ielen ualo leuelunket, zokott Varmegienk Pecsetiuel Confir-maluan es roboraluan. Datum in Caransebes quinto die Junnj Anno Dominÿ Millesimo Sexcentesimo Nono.

(Erdetije papiron a tinkovai Macskási család ltárában XXI. csomag. 705. szám. Szöveg alatt 3 pecsét zöld viaszban.)

## 524.

1609. junius 7-én. (pünkösöd napján.)

Serenissime Princeps Domine Domine nobis semper gratiosissime, perpetuorum Seruitiorum nostrorum in fauorem Serenitatis Vestrae humillimam oblationem.

Vestra nouerit Serenitas Nos Literas eiusdem Statutorias et Introductorias pro parte, Generosi Domini Pauli Kezteszi de Nagi Megier, Confectas, et Emmanatas, nobisque inter alios in eisdem conscriptos, praeceptorie sonantes et directas summa qua decuit reuerencia et obedientia recepisse in haec verba.

Gabriel Dei Gratia Princeps Transyluaniae partium Regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes fidelibus

nostris Egregys et Nobilibus, Vice Comitibus et Iudicibus nobilium Comitatus Zeoreniensis, Item Sigismundo Fiat Ladizlao Gerlistei, Danieli Kun Petro Tiuardar de Caransebes, Item Matheo Balog de Alpestes Petro Maczesdy de Farkadin, et Ladislao Chiula de Thustia,<sup>1)</sup> salutem et gratiam nostram. Dicitur nobis in persona fidelis nostri Egregy Pauli Kereztesy de Nagy Megyer Qualiter ipse in dominium Totalis et integri Castris Sydovar nuncupati ac Totalium et integrarum possessionum Sydouar, Nadragh, Sidomir et Zederies in Comitatu Zeoreniensi predicto ad idem Castrum pertinentium, Item Totalium similiter et Integrarum possessionum Ferde, Bechest,<sup>2)</sup> Haugest,<sup>3)</sup> Romonest, Poyeny, Lunka Riuului, Bogest, Zolt, Chyeremida, Chiokonesti, Draxinest, Bannya, Zerb, Muthnik, Suponest, Pudanest, ac portio nis possessionariae in possessione Gladna ac Alpincz (igy alpibus helyest) Bassa hauassa dictarum in Ferde nec non Totalis et integri oppidi Busor, ac Totalium et integrarum possessionum Zederyes, Ziged, Dayest, Boya, Kytesd, Zechien, Bothinesd, Zarazanÿ, Berna, Giurest Kelchiesd, Botest, Baloznÿa, Vnginest,<sup>4)</sup> Zuzani et Supan vocatarum in districtu Bwsoriensi et Huniadiensis Comitibus existentibus habitarum ipsum Exponentem ex fassione et inscriptione Generosi Sigismundi Sarmassagy de Keowesd Comitibus Comitatus Thordensis, modo et ordine in alijs quibusdam literis Nobilium Requisitorum et executorum Capituli ecclesiae Albensis Transalpiniae fassionabilibus seu inscriptionalibus superinde confectis clarius expressis et denotatis, in et pro summa Mille florenorum hungaricorum titulo pignoris infra tempus redemptionis tangentium et concernentium medio vestri legitime Introire, eademque sibi suisque heredibus et posteritatibus uniuersis statui facere uellet Jure admittente; Proinde Committimus uobis et mandamus harum serie firmiter ut acceptis presentibus statim simul uel duo

---

<sup>1)</sup> Az itt transumált eredetiben: de *Thasnad*. <sup>2)</sup> Az eredetiben: *Bothiest*. <sup>3)</sup> Az eredetiben, melyből a transumálás történt: *Hewzest*. <sup>4)</sup> Eredetiben *Vngurest*.

vestrum sub oneribus alias in talibus obseruari solitis ad facies prescriptarum Castris Sydovar ac possessionum eiusdem nominis Sydovar, Nadragh, Sidomir et Zederies in Zevreniensi ad idem Castrum pertinentium ac totalium similiter possessionum Ferde, Bechest, <sup>1)</sup> Heugest, <sup>2)</sup> Romonest, Poieny, Lunka Riuului, Bogest, <sup>3)</sup> Zolt, Chÿeremida Chiokenest Draxinest, Bannya Zerb, Mathnik, Suponest, Pudanest, ac portionis possessionariae in possessione Gladna praedicta nec non dictarum Alpium Bassa hauassa uulgo <sup>4)</sup> dictarum, in territorio pretacte possessionis Ferde; item oppidi Busor ac Totalium similiter et integrarum possessionum Zederies, Zyged, Daiest, Boia, Kitest, Zechieni, Botenest Zarazani, Berna, Giurest, Kelchest, Botest, Balozna Vnginest Zuzani et Supan vocatarum in districtu Busoriensi et Comitatu Huniadiensi preallegatis existentibus habitarum vicinis, et commetaneis earum universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo Introducatibus antelatum exponentem in dominium earundem Juxta continentias pretactarum literarum memoratorum requisitorum et Executorum dicti Capituli Ecclesiae Albensis fassionalium seu inscriptionalium superinde confectarum cum presentibus nobis exhibendis statuatisque easdem eidem suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, simul cum cunctis earundem vtilitatibus ac pertinentiis quibuslibet quouis nomine nuncupatis Infra tempus redemptionis praemisso pignoris titulo ipsi ex premissis incumbente possidendum si non fuerit contradictum; Contradictores vero si qui fuerint Euocetis eodem ibidem contra annotatum Exponentem ad decimum quintum diem a die Contradictionis eorum computando in Curiam nostram, nostram scilicet in presenciam rationem huiusmodi contradictionis reddituri efficacem, Et post haec uos seriem huiusmodi Introductionis et Statutionis Vestrae simulcum contradictorum et Euocatorum qui appararint vicinorumque et Commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, no-

<sup>1)</sup> Eredetiben: *Bethyest.* <sup>2)</sup> Eredetiben: *Heuzest.* Ma *Hauzest.*

<sup>3)</sup> Hibás: *Bozest* helyett. <sup>4)</sup> Eredetiben a vulgo szó, a Basahavassa elótt áll.

minibus et cognominibus terminoque assignato ut per uos fuerit expedienda nobis suo modo terminum ad prescriptum fide vestra mediante referre uel rescribere debeatis et teneamini secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in Ciuitate nostra Colosuar feria tertia proxima post Dominicam misericordie Anno domini Millesimo Sexcentesimo Nono; Nos itaque mandatis Serenitatis vestrae per omnia vt tenemur obedire et obtemperare satagentes vigesimo tertio die May hoc Anno presenti ad facies predicti Castri Sydouar in Comitatu Zeoreniensi ac Totalium et integrarum possessionum Sydouar Nadrag Sydomic et Zederies in eodem Comitatu ad idem Castrum pertinentium, nec non totalium similiter possessionum Ferde, Bochest, Heugest, Romonest, Poieni, Lunka Riuului, Bogest, Zolt, Cheremida, Chokenest, Draxinest, Bania, Zerb, Matnik, Suponest, Pudanest ac portionis possessionariae in possessione Gladan (így), nec non dictarum alpium Bassa Hauassa uulgo dictarum, in territorio pretacte possessionis Ferde, Ittem oppidi Busor ac Totalium similiter et integrarum possessionum Zederyes, Zyged, Dayest, Boya, Kitest, Zechieni, Botenest, Zerezani, Berna, Giurest, Kelchest, Botest, Balozna; Buginest, (Ungurest helynév elmaradt) Zuzany et Supani uocatarum in districtu Busoriensi, et Comitatu Huniadiensi existentium et habitarum, vicinis et commetaneis vt puta Nobilibus Bonifacio Vayda de Caransebes, Andrea de Zgribest, Ittem Egregio Stephano Lugasi, Joanne Pribegh, Joanne Herczeg, Johanne Huher de Lugas, nec non prouidis Demetrio Vida, Emerico Mester, Petro Korna de Karany, Generosi Stephani Vayda de Caransebes; Jobbacionibus in oppido Karany commorantibus, atque Lupei Delioni, Galia et Petro Delioni, Joanne Lazlo, Vulpgango Chikulonio, in possessione Berdzeus, eiusdem nobilis Stephani Vayda Jobbacionibus inibi legitime conuocatis et praesentibus accersitis Introduximus prefatum Dominum Paulum Kereztesi, in dominium praedicti Castri et totalium et integrarum suprascriptarum possessionum, oppidi atque portionibus possessionarijs Juxta continentiam

praetactarum literarum memoratorum requisitorum et executorum dicti Capituli Albensis Ecclesiae fassionalium seu Inscriptionalium Generosi Domini Sigismundi Sarmasagi superinde confectarum, statuimusque easdem eidem, suisque heredibus et posteritatibus uniuersis, simul cum cunctis earundem vtilitatibus et pertinentiis quibuslibet quouis nomine nuncupatis, infra tempus redemptionis praemisso pignoris titulo ex premissis incumbente, tribus congruis diebus moram faciendo continuam, nemo penitus inibi neque exposit durante quindecim diebus contradictore apparente. Seriem autem huiusmodi Introductionis et statutionis et perambulationis nostrae prout per nos est expedita, Serenitati Vestrae fide nostra mediante rescripsimus, Quam Deus optimus maximus ad multa secula pro conseruatione huius nostrae afflictae patriae conseruare dignetur. Datum in Caransebes Decimo sexto die praemissae Introductionis nostrae. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nono.

Eiusdem Serenitatis Vestrae  
Humilles et perpetui  
seruitores

Ladislaus Gerlistej m. p.  
Sigismundus Fiat m. p.

(*Kivül*: Serenissimo Domino Domino Gabrieli Dei Gratia Principi Transylvaniae Partium Regni Hungariae Domino et Siculorum Comiti etc. Domino nobis naturaliter gratiosissimo. — Más helyen: 1610. Aperta per magistrum Joannem Angyalos protonotarium.)

(Eredeti je a báró Jósika család ltárában Kolozsvártt. Fasc. 107. Nro 3.)

## 525.

1612. május 26-án.

Nos Gabriel Dei Gratia Transylvaniae, Valachiae Transalpinaeque Princeps, partium Regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes etc. Memorie commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit Uniuersis. Quod quam peroptime sciamus Principibus bene moratis, qui vel satis forte ita ferentibus vel publico Populi suffragio ad qua-

lemcunque dignitatis gradum eliguntur et euehuntur, eo facto omnibus priuatis affectibus ita renunciare debere ut publici saltem commodi emolumentum, et aequitatis, cui administrandae super omnia ex officio tenentur debitum progressum spectare sint adstrictissimi. Nemo tamen tam auide et diligenter publicis se directionibus addicere solet, qui aliquando priuatis quoque affectibus ex Naturae instinctu aliquantulum indulgeat, id quandocunque contigerit si saltem speciem aliquam aequitatis aut verisimilitudinis habeat, culpa omni vacabit. Si vero meram iustitiae aequitatisque administrandae viam nanciscetur summa laude dignum habebitur, utrisque igitur causis concurrentibus, cum et privati affectus nostri et aequitatis ratio postulet, ut nacta convenienti occasione, praesertim in hoc quo a Deo ter Maximo locati sumus dignitatis gradu, condignum habeamus respectum praeclare stirpis et prosapiae Magnificae Dominae Catharine Theoreok de Enningh primum quidem Nicolai Bogathi de eadem Bogath, ex post autem Stephani Chiaky junioris, ultimo vero Michaelis Dengelegy de eadem Dengelegh, Relictae Viduae sororis nostrae Charissimae et observandissimae, qua eidem Dominae sanguinis conuictione sumus addicti non potuit altas in pectore Nostro radices non agere: ob oculos praeterea habentes obsequiosa merita, ac multa gratitudine accompensanda officia praelibatae dominae sororis quae ipsa Nobis non minus grate et obsequenter ex eo toto tempore quo fastigium nostri Principatus sumus adepti, verum etiam honorifice praestitit et praesentauit, valde dignum et justum censemus, in qualemcunque eorum recompensationem, ut munificendum, multo magis aequitatis administrandae (quod alioquin etiam erga alienos praestare ex officio tenemur) clarum aliquod erga eandem Dominam Sororem nostram testimonium declarare. Attendendo etiam eandem dominam Sororem nostram in Arce Vaida Hunyad eiusque pertinentiis Jus haereditarium et successionis, tam ratione Familiae amplissimae Teoreokianae, quam etiam ex contractu, quem eadem domina cum Spectabili ac Magnifico Domino Stephano Teoreok de Enningh Sacrae Regiae Maiestatis Regni Hungariae etc. Consiliario et fratri Nobis observando, celebraverat habere. Licet annis superioribus Millesimo videlicet sexcentesimo

quinto transacto, cum videlicet Serenissimus quondam Dominus Stephanus Princeps Hungariae Transilvaniaeque Princeps, ac Siculorum Comes etc. Praedecessor videlicet noster pia memoriae nobis observandissimus, una cum Proceribus Magnatibus, reliquisque Statibus et Regni Hungariae Ordinibus ipsum Regnum Hungariae et Transilvaniae, Germanico jugo miserabiliter oppressa vindicare eademque pristino nitore et libertati restituere contendisset ac contra Sacram Caesarem Maiestatem felici Marte pro salute patriae justissima arma sumpsisset et bellum Marte secundo continuasset, tandem idem Dominus Princeps una cum praefatis Regni Hungariae Proceribus universos et singulos cuiuscunque status et dignitatis honoris et praeeminentiae homines in Comitibus Generalibus in Castello Zerencz indictis et celebratis ad certum Terminum sub confiscatione omnium bonorum redire ac patriae emolumento unanimi voto studere promulgassent, idem Stephanus Teoreok immemor salutis patriae, Nationisque suae, quibus Naturae ductu favere indulgere eorumque commodo tanquam optimus patricius consulere debebat, annotati Principis et dictorum Regnicolarum ammonitioni obtemperare neglexisset. Ideo idem Dominus Princeps vigore praescriptorum Articulorum Zerenczianorum annotatam Arcem, suasque Universas pertinentias Nomine et titulo inscriptionis in et pro summa duodecim millium Tallerorum Hungaricalium iuste currentis et usualis Monetae Spectabili ac Magnifico Domino Gabrieli Bethlen de Iktar, Consiliario Nostro etc. per manus inscripserat et obligaverat, nihilominus tamen ne eadem arx universaeque suae pertinentiae ab amplissima et vetustissima deque Regno Nostro imo etiam toto Regno Hungariae multum benemerita Familia Teoreokiana quacunquē via modo et ratione abalienaretur, et auferretur eadem arcem Hunadiensem ratione muneris nostri una cum Universis pertinentiis in benignam nostram protectionem assumentes Fisco nostro applicari fecimus, Imo ne praefatus Gabriel Bethlen quocunque nomine et titulo, haeredesque et posteritates ipsius utriusque sexus universae aliquid juris et proprietatis temporis in successu in eisdem Bonis se se habere possent sperarent et praetenderent. Pro toto et omni Jure ipsius in eisdem quali-

tercunque habito Concambiali quadam permutatione totale et integrum Castellum et oppidum Eniediense una cum totalibus et integris possessionibus Fel Enied et Mirizlo vulgo nuncupatis in Comitatu Albensi Transilvaniae existens habitis in et pro summa duodecim Millium Tallerorum praetactorum Hungaricalium, titulo inscriptionis et Impignoracionis annotato Gabrieli Bethlen haeredibusque et posteritatibus ipsius universis obligavimus hocque modo, Totalem et integram eandem arcem Vaida Huniad una cum totali et integro oppido ejusdem nominis Vaida Huniad nuncupato, eidem Arci ibidem subjacenti, nec non totalibus et integris possessionibus Erdeohatsagh, Gialar alias Bercz, Toplicza, Ruda, Poynicza, Voyne, Lelez, Czerisor, Poklisa, Czerbel, Arannias, Zaczel, Gauazdeora, Alun, Plop, Golest, Telek, Mogioros, Guraliul, Juba, Szent Király, Possessionibus item praedialibus Limpert, Ferreczy, Ponikatome, Zalasdisor, Oniaza, Juan, Baratiaza, Gornya, Runk, Guranadul, Vlm, Pestissel, et Valar. Item totali et integro oppido Haczok nuncupato, nec non possessionibus Alsó Kalan, Zent Kiraly, Alsó Nádasd, Juban, et Goles omnino in Huniadiensi Item totali et integro Castello Marchina una cum possessione eidem Castello subiacente Marchina nuncupata, item possessionibus praedialibus Thomirest, Farkadie, Zoran, Rogosan, Drautassa, Negrilest, Nandrost, Crivina, Moldest, Bohomirezte, Trifest, Petroza, Balest, Farassest, Mardest, Thopicel, Banazul, Bunelest, Kerliczel, Goynest, Ohaba, Vrzu, Beluzest, Ungh, Perzest, Gostest, Branest, Vadan, Brassuna, Gingam, Zintest, Kozova, et Kurta, Bozuara, Minisest, Telist, Kastelj, Borsest, nec non totali et integro Castro Monostor appellato item possessionibus praedialibus Pomosteny, Lunkusest, Sterniku, Cladna, Talmagie, Vrzume, Ohaba, Alsó Ohaba, Dubiest, Otmorest, Thehomirest, Pradunest, Cziernest, Feronikuczj, Olcze, Vises, Zoradinie, Bune, Topla, Toplica, Remete, Usste, Padurany, et Vladony, in Theomeosiensi Comitatus existente habitis antea in universis ad praetactam arcem Huniadiensem tentis et possessis. Totum item et omne Jus nostrum Regium si quod in eisdem Bonis Huniadianis etiam aliter qualitercunque existeret et haberetur, aut eadem, et idem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis, et ratio-

nibus concernerent collationem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet terris scilicet arabilibus, cultis et incultis agris pratis, pascuis, campis, foenetis, sylvis, nemoribus, montibus, alpibus, vallibus, vineis vinearumque promonthoniis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis, et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo uocitatis ad easdem et idem de jure et ab antiquo spectantibus, et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus memoratae dominae Catharinae Theoreok haeredibusque et posteritatibus ipsius utriusque sexus universis per manus (hoc conditionis interventu, quod si alterutrum, quod Deus optimus Maximus benigne avertere dignetur, absque haeredum utriusque sexus solatio e vivis excedere contingeret, ex tunc eadem bona Huniadiana, simul cum praecensitis cunctis suis utilitatibus, et pertinentiis quibuslibet, in partem superviventem, haeresesque et posteritates ejusdem utriusque sexus universos: Jure successorio mox et de facto devolvatur, et redigatur) clementer remittendum, dandum, donandum et conferendum duximus, prout remittimus, damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum, salvo jure alieno harum nostrarum pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratarum, vigore et testimonio literarum mediante. Quas nos in formam privilegii nostri redigere faciemus dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum in Civitate nostra Cibiniensi die vigesima sexta mensis May Anno Domini Millesimo sexcentesimo duodecimo.

Gabriel Princeps.

(Másolat a bud. kam. Itárban. N. R. A. 38. csomag, 57. szám. Az eredetit, melyen függő pecsét volt, nem láttam.)

## 526.

1614. május 23-án.

Gabriel Bethlen Dei gracia Princeps Transilvaniae, partium regni Hungariae dominus et Siculorum Comes etc.

Generose Domine, frater nobis honorande, Salutem et

beneuolentiam nostram. Az Lugassj hiueink keozeonsegeskeppen talalanak megh minket kónórgesek által nekwnk küldeót leuelekben, kiben iriak hoga annak az helinek reghi zabadsaghoz kepest mostan az feo birosaghnak tiztíre, haróm embert valasztottanak uolna, es azok keózzúl a' melliket iauallanak a' maradna heliben; Azert mÿ ebben az Kegielmed beóczyulletit es allapattiát Zemünk előtt viseluén, kegielmed hirenekül nem akarok eggíketis promouealni. Azert kegielmed lassa valameliket jauallia ez dologhban autoritast attunk kegielmednek, legien az a' feó Biro. Bene ualeat. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia die 23 Mensis Maÿ Anno Dominj 1614.

Beneuolus

Gabriel Bethlen m. p.

P. S. (*Bethlen Gábor saját keze írása*). Kegyelmed mennyen vegere bizonyossan Vaÿda Istuan mostan holl legyen, ha monostoron vagÿ masutt vagÿon, es nekwnk ez Jeóueó heten maga szolgálai által Deuara iria megh. Nekwnk semmi kózwk immar egyeb hozza ninczen, hanem csak valahogÿ teóllwnk valo tartasa miat az mas partra ky ne menne, mi teóllwnk kegyelme vagÿon egyszer, abban meghis akariuk tartani.

Caspar Beóleónÿ m. p.

(*Kivül*: Generoso domino Petro Bethlen de Iktar, Districtuum Caransebiensis et Lugasiensis Bano etc. Fratri nobis honorando.)

(Eredetije papíron az Iktári gr. Bethlen család levéltárában Kólezsvárott Nro 86.)

## 527.

1614. september 19-én.

Gabriel Bethlen Dei gratia Princeps Transylvaniae, partium Regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc.

Generose domine frater, fidelis nobis honorande. Salutem et (bene)uolentiae nostrae commendationem. V(ettwk) az kegyelmed leuelett, meliben mit irion, megh ertettwk. Az mi a' La(tr)oknak dolgatt illethi, azt akariuk mÿis, mintt affele

keőzönseges hazauknak io eleőmenetelire nezendeő dolgoknak meg' haborgatoit, megh bantoitt, in exemplum aliorum erdemek szerint megbwntesse kegyelmed, hagi egiebek is azt latuan es haluan, affele zurzauar haborusag inditastul es minden gonosz czielekedetektwl megh szwmienek. Bene valeat. Datum Albae Juliae 19. 7-bris Anno Domini 1614.

Beneuolus

Gabriel Bethlen m. p.

P. S. Az mely iffiu legeni zolgankot T h e m e s v a r r a kwlteok, elegendendo kesereokkal el keserteten vgian azokkal ieioeon is vizza. Az mely iuh feleol kegyelmed emlekezük kegyelmednek attuk.

*Ezután következik Bethlen Gábor saját kezével irt utóirata.*

Kegyelmed az Lugasi Biroth hiuassa mingyar . . . . . Szkender Pasanak kwldeoth 16 masa vasath . . . . . hogy az mi paranczyolatunknak enged . . . . . volth, ess addigh T e o m e o s v a r r a nem kwl . . . . . emberteol Katona Istuan kezeben, a' migh . . . . . serth egesz nap nap varta oth az vasath . . . . . tassa az Passanak, hanem az . . . . . lamj Izbekbelj Olahoktol, kjk az T e o m e o s v a r i P a s a vduaraban raktak le, ess Szkender Passais onneth szegyenli ki kerethni. Az bironak meg hadja hogj mingjARTH be mennjen eomaga T e o m e o s v a r r a, ess az vasath onnet mjnd kj vigje, s Szkender Passanak be mutassa, mert kwleomben ha czyelekedjk, bizonj eo rajta veszkw megh. Ess ez vtan ha illjen szo fogadatlan leszen fel akasztatjuk.

(*Kivül*: Generoso domino Petro Bettlen de Iktar, Districtuum Lugasiensis et Karansebesiensis Bano etc. fratri Nobis honorando.)

(Eredetije papíron, az Iktári gr. Bethlen család Itárában Kolozsvárott Nro 152.)

*Jegyzet.* Bethlen Gábor 16 mázsa vasat Szkender pasának akart küldeni, de valami izbekbeli oláhok azt a temesvári pasa udvarában rakták le. Szkender nem akarván onnan elkérni, a lugosi birónak meghagyott stb. mint fent.

**528.**

1618.

Illustrissimę Princeps Domine, Domine Nobis Clementissime.

Fidelium perpetuumque (így) Seruitiorum nostrorum Commendationem, Az Zent Istenteol keuanunk Nagysagodnak minden lelki es testi kedues Aldasokat megh adatni. Kegielmes feiedelmunk, mikoron mi ennek az varosnak regi zokasa zerint, Anno Millesimo Sexcentesimo Decimo octauo die Prima mensis Juli, teruinieknek el Igazitasaert le telepettunk volna akoron, Hozanak mi eleonkben Az Varmegie hiteos Ispani az Vitezleo Fiať Sigmond es Zabo Farkas, es Duma Gaspar Zolga biro, Az uarmegie Sirieseben Irt illien Causat Hogi mikoron eok ennek eleotte ualo napokban Varmegiewl zokasok zerint teruinieknek el Igazitasaertt le telepettenek uolna Akoron az Vitezleo Gerlistei Lazlo Actor leuen, es Mottnoki Gabor In causam attractus egi mashoz igi feleltenek volna, Az Actor igi felelt uolna Nemes Ispan Vraim es teob Varmegiebeli Nemes uraim illien feleletem vagion az Al peres ellen, Hogi In Anno Millesimo Sexcentesimo octauo veottem volt az Nehai megh holt immar Vaida Bonaneteol Gerlistei Ersoktul ket Jobbagi Vlest (ülést), Chernota new faluban, Zeoreni Varmegieben karansebes tartomaniaban ki uagion hetuen kot forintert, oli Jussal es Authoritassal, az mint az megh holt Nenie Gerlistei Borbala Azzoni az Chorchok Ferencz Relictaia neki hatta es allegalta uolt, Meli megh Irt Jobbag vlesen Jobagiokatis telepitettem uolt, birtam urasagaban uoltam Pacifice, nem Eztendeig hanem teob Eztendeig, ugi mint kilenczigh Mikoron azertt Irnanak 1617 Eztendeoben Circa festum beati Laurenty Martiris, nem tudom mi okbol Indultatuan ez al peres, az megh Irt Jobbagi wleseknek es telekeknek Prouentusat kezembeol potentiose el foglalta, Hollot az Zolga biro altalis kertem az Jeuedelmet az al Peresteol de nem akarta megh adni Ideo Si Juris az megh Irt Jobbagj Vlesekett Jeuedelmesteol hatalommal keuanom meg Adatni, ha tagadna kez uagiok feleletemre bizonitani Procator altal teobbetis zol-

galhassak. Az Al peres ezt Haluan Ez ellen azt felelte volna, Nemes Ispan Vraim es teob Varmegiebeli Nemes Vraim Im Ertem mit felel hozam az fel peres hogi 'potentiosse foglaltam uolna kezebeol ket Jobbagi Vlest, Melliek Zeoreni Varmegieben karansebes districtusaban Chernota new faluban uadnak, kit mongia regh penzer ucotte uo(ln)a Egi . . . . . Azert ezt en tagadom mert ez fel Perestul semmit sem veottem s nemis foglaltam, Az megh holt Gerlistei Ersok is, az kiteol mondgia hogi ucotte volna azokat az megh Irt telekeket, soha azokatt nem birta ha attais ez fel peresnek nem adhatoiat atta. Mert az megh Irt telekekett Az Eleim uettettek uolt zalagban bizonios summa penzert Karansebesi Chorcok Ferencznek, Chorchok Ferencz halala utan, marattak az felesegere Gerlistei Barbala azzonira, Az Azzonis 'Gerlistei barbala, halalakoran Testamentomaban az attiafiainak Gerlistei Miclosnak Gerlistei Istuannak es teobeknek Testalta Melinek Testamentoma mostis ez fel peresuel vagion hoza eleo s abol megh teczik. Azert az megh Irt azon halal utan az zegini megh holt Attiam Mottnokj Farkas az megh Irt telekeket ki ualtotta Gerlistei Miklostul, attul az kinek az megh Irt azzonj Gerlistei barbala Testalta uolt Es birta az Attiam elseoben Egi nehany Eztendeig bekesegeesen halala utanis birtam en magam s az Aniam ugi mint Tizen hat uagi tizen niolcz Eztendeigh Melire kez uagiok bizonitani Eok azert Haluan mind az ket felnek feleleteket az eo Ertelmek zerint illien teoruint Pronuncialtak uolna, Hogi mind az ket fel bizoniczon Tizen Eoted napig feleletek zerint Es az eo teotte teruiniék zerint az megh prefigalt napig bizonitottanak uolna mind az ket fel. Az Actor (bizo)nsagi igi keouezetnek volna.

1. Testis. Borbeli Daidne Zlatna Anna nemes azzoni karansebesi hiti utan vallia: Vaida Bonane Azzonomtul Gerlistei Ersok azzonitul hallottam hogi az chernotai rez Jozagott, Gerlistei Lazlonak atta, Zalonakatis lattam hogj Adot az arraban Gerlistei Lazlo.

2. Testis. Gerlistei Margit azzoni Az Nehai Simon Giorgjne, karansebesi nemes zemeli, hiti utan vallia, tudom bizonial hogj az battiam Gerlistei Lazlo Vram, penzen ucotte Vaida bonaneteol az Chernotai rez Jozagott.

3. Testis. Mihali Petrone, Magdolna Azzoni hiti utan vallia, bizonial tudom hogj Gerlistei lazlo Vram megh veotte Vaida Bonane Gerlistei Ersok azzonitul az Chernotai Rez Jozagot pinzen.

4. Testis. Zgribesti Panga Ferencz Nemes zemeli hiti utan vallia. Tudom, hogj egj Peter Borki new Gerlistei lazlo Jobbagia Ez el mult Eztendeokben Chernotan lakik uala, es az meli teleken lakik vala, mondgia vala, hogj az Vrae volna, zantottis raita.

5. Testis. Karansebesben lako Lacza Peter Nemes zemeli, hiti utan azont val, mint Zgribesti Panga Ferencz.

6. Testis. Zgribesti D . . . d Ferencz Nemes Zemeli hiti utan azont val, mint Panga Ferencz.

7. Testis. Karansebesi Peika Peter Nemes szemeli hiti utan vallia, tudom hogj Chorchok Ferenczne halala utan, Az Chernotai rez Jozaga, Gerlistei Ersoknak Vaida Bonanének Jutott, az mikor az Teob attiafiakal oztoztanak, ez az chorcok Ferenczne Gerlistei Barbala asszoni halala utanis birta Vaida Bonane az Jozagott.

Az Incausam attractusnak bizonsagi penig igi keovetkeztenek volna.

1. Testis. Jankul Ver(ni)ka Groza Ferencz Jobbagia, Mottnoki, ki Chernotaul határos, hiti utan vallia, tudom hogi Chorchok Ferenczne Gerlisti barbala azzoni halala utan, azt az Chernotai Peres rez Jozagott Mottnoki Farkas az Incausam-attractusnak az attia birta, haznat ueotte, halalaig, halala utan felesege migh el puztula az falu az teob varmegieuel edgiut. Az Varmegienek el puztulas a utan hogj ismet teórek Orszagbol kezdenk visza Jeonni, Gerlistei Lazlo Vramtul hallottam hogj eoue uolna az Chorcokne Chernotai rez Jozaga es egi Peter Borki new Jobbagia lakott azokon az peres telekeken.

2. Testis. Ztepan Zuerdak Mottnoki, Gaman Miclos Jobbag hiti utan vallia, tudom hogi Chorchok Ferenczne Gerlistei burbala azzoni halala utan Motnoki Farkas, az Incausam-attractusnak Az attia birta azt az Peres Jozagott,

3. Testis. Karansebesi Peika Annok azzoni Gerlistei

Miklos Relictaia Nemes zemeli, hiti utan vallia, tudom hogi Chorchok Ferenczne Gerlistei Barbala Aszoni halala koraban Testamentomaban mindennemeo aquisitumiatt az attiafiainak Testalta Az peres Jozagottis, mint hogi zalagban volt nala az Mottnokiak zalagosítottak volt es halala utan az attiafiai megh oztozuan, Testalassa zerint az egiet masira, ez az Chernotai peres Jozagh, Vramnak Gerlistei Miclosnak es Istuannak Jutot rezekben. es teollunk Mottnoki Farkas ez Incausam-attractusnak az attia hetuen forintal valtotta ki, birtais az Varmegienek el puztulasaign.

Eok azertt mind az ket felnek felelettit és bizonsagokat megh Ertuen az eo ertelmek zerint keoztek illien teruint Pronuntialtak volna, Hogi Eskedgiek az Actor bizonsagi utan Tizeneoted napig Sibi Similibus paris Nobilibus hogi chorchok Ferenczne Gerlistei barbala azzoni Testamentomaban, azt az peres Jozagott, Gerlistei Ersoknak Vaida bonanének hatta, es birtais vaida bonane Az chorchokne halala utan es hogi eo az Actor penzen uette Vaida bonaneteol, az is legien hiteben, hogi Gerlistei Barbala azzoni chorchok Ferenczne Testamento ninczen nala, s nem tudgia kinel shol uagion shoua leott, Az al Peres haluan az eo teotte teruiniekett, aual megh nem elegendet uolna, hanem iob megh latasnak okaertt dolgat mi reank appelalta uolna, Kit mÿs eleo ueuen, es haniuau uetuen feleleteket es bizonsagokatt, Az mi Ertelmuk zerint az Varmegie teotte teruiniet minden rezeiben hellien hattuk. Az Al peres aual sem elegendek, hanem iob meg latasnak okaertt Nagisagodra appelala, Kit mÿs Nagisagodnak hiuen igiteol igire megh iruan Nagisagod eleiben boczatottuk fel, Ennek Datumiatul . . . . .

(Az oklevél többi része, leszakadván az összeragasztott papirdarabok alsó vége, hiányzik.)

(*Kivül*: 1620. Aperta per me Magistrum Joannem Angyalos protonotarium. Mult századi tollal: 1618. Gerlistei László és Muthnoki Gábor között egy Jobbágy felett indúlt causa. Címezve van Bethlen Gábor fejedelemhez.)

(Eredetije a tinkovai Macskási család ltárában XXVI. csomag 856. darab.)

## 529.

1620. március 3-án.

Nos Gabriel etc. Memoriae etc. Quod cum natura duce humanique consorty regula, non tantum apud privatos, sed publicis etiam muneribus propositis, tanta semper in Consideratione habita est; preclari generis et propriy praesertim sanguinis existimatio, ut contra Jura naturae peccasse is merito accusatus fuerit, qui vel ob nimium sui amorem, vel turpem sordidamque auaritiam vel denique inordinatam erga alios exoticamque affectionem, proprios et peculiare suos commissarios, post habuerit aut neglexerit; Imo non abs re a philosophis moralibus ac polyticis, Qui virtute absque ullis excessibus, mortalibus reliquis praefulgere, merito semper et ubique, coeteris praecire, praeesse et praeminere contendunt et creduntur, multum tamen dignitati generis, etiam parum aut nihil, de Republica merite modeste attribui, cedere locumque dari debere assertitur. Unde non veriti sunt quidam virtutem cum nobilitate in Aequilibrium existimationis ponere, Et ut virtus vincere sanguinis Inertem soleat prosopiam, nunquam tamen etiam occulto naturae miraculo, vel obsoletum Regum Principumque antiquorum genus ad paupertatis et miseriarum baratra redactum sine tacita reverentia conspicitur, vel alta reputatione humanarum vicissitudinum cernitur. Nos vero quoque, quos scilicet Deus Inmensus et Omnium distributor Imperiorum, ex statu conditioneque priuata, ad hoc dignitatis fastigium sortemque imminentem provexit; in qua, etsi nihil quidem nostre virtuti, industrie ac laboribus tribuere volumus, sumus enim Dei gratia, quicquid sumus: Eos tamen rerum humanarum casus revolutionesque ad hanc vsque aetatem experti sumus, ut virtutem ab Ignavia, prudentiam ab Inertia, Sedulitatem a socordia facile discernere valentes, sane virtutem non in adultis tantum aetate, sed in ipsis pubescentibus exosculamur et amamus. Quod cum in exteris ac alienis, non gravanter facimus; In nostris proprioque sanguine procreatis, dictante naturae lege multo magis, Ac cum inter caetera diuine in nos dispensationis argumenta; Ipsi propriys liberis, iam ab ineunte

Juventute nostra orbati; Illustrem Comitem Stephanum Betthlen Juniozem, Ex Illustrissimo Comite domino Stephano Betthlen Terrae ac Comitatum Maramarusiensis et Huniadiensis supremo ac perpetuo Comite Consiliario nostro intimo et Aulice militie nostre supremo itidem Capitaneo, fratre nostro charissimo, nepotem, magna sui spe, optima Indole industriaeque succrescentem; primo in proprium genuinumque filium nostrum adoptando, non solum in domo nostra, sed in gremio atque ulnis, cura paterna et singulari eundem educando; ubi ad eam aetatis validitatem pervenisse videretur ad exterarum exoticasque nationes in amplissimam videlicet Hajdelbergensem Academiam, Gallias, Italiam, Hispanias Coeterasque Christiani Imperij provincias et Regna linguarum simul et studiorum cumulandorum gracia transmisisimus; ubi nuncquoque studijs addictum literarijs, ea spe fiduciaque fovemus et sustentamus, ut et praeclaris scientiarum et multarum linguarum thesauris sibi accumulatis redux nobis et patriae cum summa nominis sui familiaeque nosrae laude inseruire nomenque et honorem a nobis partum, primoque in nostram inductum familiam, latius extendere et propagare valeat. Tali tamque praeclara de Ipso a nobis spe concepta; ut vel in Eius absentia ob rerum humanarum caducitatem, Argumentum amoris paterni tempestivaeque provisionis nosrae, in Ipsum extaret, Totale et integrum Castrum Huniadiense, vulgo W a y d a H u n y a d nuncupatum, omnino in eodem suo Comitatu Huniadiense existens habitum, in antiquis suis Juribus priuilegijs indultis Libertatibus et quibusvis Immunitatibus sartum, tectum et nullatenus violatum labefactatum vel diminutum, sed in eis universis omni tempore inviolabiliter obseruatum; una cum Totalibus et In terris Oppidis Huniad et Hatzok, domoque et Curia Nobilitari in eodem oppido Hatzok habita, Item Totalibus similiter et Integris possessionibus Moniorosd, Also Nadasd, kiskalan, Szentkirali, viz Torok, Telek, Iroba, Ploszka, Tepplicza, Valljora, Goljet, Bercz, Ruda, Voyna, Poynicza, Monioromezeje, Pestesell, Szohodol, Runk, Gurawad, Gorwyje, Frasnjatth, Brathiasza, Iwanthelke, Zalasdisor, Feredsie, Thomapoynicza, Czierbel, Gawasdiora, Zochjest, Cserisor, Helez, Nadabor; Plop, Ulmul, Gozthaja, Paklissa, Warweh,

Onyasza: Totalibus item et integris Oppido Marszina, ac possessionibus Prenichhaza, Rugosana, Niegriest, Nemesest Bordezzett, Maudrest, Mustest, Koszana, Bunilesth, Kerlicziel, Kurthe, Toppliczell, Baniassi, Mardeste, Delanÿ, Pettrocza, Boyeriwest, Zlawesthe, Tharnicha, Kriwejna, Maldest, Thara, Thresesth, Balliestt, Fharasest, Zomonarestt, Valiareh, Geyczest, Thumest, Urzul, Beltzest, Gosztest; Ungiul, Braniest, Wadanÿ, Dingaÿnÿ, Thjhomerest, Farkadia, Sorany, Sentest, Bozuará, Zelesthe et Kosztejul vocatis ad dictum oppidum Marchina pertinentibus in eodemque districtu Marchiniensi; necnon Totalibus et Integris Oppido Monostor ac possessionibus Remethe, Uzesthj, Bunÿe, Wladanÿ, Wizessull, Zkradina, Padurany, Otthÿe, Oczekull, Zerniesthy, Dubesthy, Thepla, Thopplicza, Izwariczia, Pomosthieny, Leukusessett, Also Gerczinich, felseo Gerczinig, Sugdia, Zternÿk, Cladowa, Wezoanÿe, Also Ohaba, Thalmadia, Olah Ohaba, Zehedel, Prodaniestt, Thilomerest, Ulicza, Faluhely, et Otthmarasthi nuncupatis, ad idem oppidum monostor pertinentibus in eodemque districtu Monostoriensi Totalibus pariter et integris portionibus possessionariÿs in possessionibus Bretthen, Machion, Plopp, Varhelj, Pala, Buhowa, Ohaba omnibus in universum ad predicta Castrum et Oppida pertinentibus omninoque in praeallegato Comitatu Huniadiensi existentibus habitis; Quae antea Spectabilis ac Magnifici domini Stephani Thörök de Enningh praeuissent; sed Ipso ex Transyluania loco remotiore, in partibus videlicet Inclyti Regni Hungariae Ultradanubianis manente; Eo quod et persona singularis et defectui proximans existeret et ob locorum distantiam parum fructuum parumque utilitatum percipere posset, ut Locis propinquioribus alia sibi Bona magis proficua, et fructuosa compararet, et pro summa duodecim Millium florenorum hungaricalium, plene et integre a nobis depositorum et Ipsi persolutorum, nobis posterisque nostris, si qui forent, Inscriptissent, certisque sub conditionibus, in Literisque Inscriptionalibus declaratis et expressis Impignorasset; et postmodum diuino ita ferente nutu; E vivis, absque haeredum utriusque sexus solatio excessisset, ac in utroque poenitus Semine defecisset, Juxta veterem et approbatam Regnorum nostrorum Legem et Con-

svetudinem, ad nos fiscum nostrum, consequenterque collationem et dispositionem nostram deuoluta esset et redacta, Jus quoque illud Impignoratum seu Summam Duodecim Millium florenorum, una cum Literis ac Literalibus Instrumentis ac in illis specificè positis Condicionibus, In praefatum Fratrem et Filium nostrum Comitem Stephanum Bethlen Junio-rem transfundendo et prorsus transferendo. Nullum Jus, nullamve Juris et domini proprietatem, pro nobis alijsque quibusvis posteris nostris poenitus reseruando. Totum item et Omne Jus nostrum Regium, si quod in illis Castro, Oppidis, possessionibus portionibusque possessionarijs predictis, etiam aliter qualitercunque existeret et haberetur, aut Eadem et Idem, nostrum ex quibuscumque causis vjs modis et rationibus concerneret collationem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet nominanter autem Ferrifodina in Territorio et pertinentijs Eiusdem Castri Wayda-Huniadiensi predictis, existentibus habitis, Terrisque arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis campis foenetis siluis nemoribus dumetis, montibus Alpibus vallibus vineis vinearumque promontorijs, aquis, fluuijs, piscinis piscaturis Aquarumque decursibus Molendinis et eorundem Locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum Integritatibus quouis nominis uocabulo vocitatis, ad eadem Castrum, Oppida, possessiones portionesque possessionarias, ferri quoque fodine, et Idem Jus nostrum Regium iamfatum, de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, Memorato Comiti Stephano Bethlen Juniori, Ipsiusque haeredibus et posteritatibus, primum quidem masculini, Illis vero deficientibus vel prorsus non existentibus, etiam foeminei sexus Universis; Si vero Ipsum Stephanum Bethlen Junio-rem, in utroque semine (quod benignum Clementer avertat Numen) deficere contingeret, per Eundem Stephanum Bethlen, etiam Petro similiter Bethlen Juniori, fratri nimirum Eiusdem carnali, Ipsiusque haeredibus et posteritatibus itidem Masculini sexus universis, Totale et Integrum Castrum cum pertinentijs ad id spectantibus Oppidis possessionibus portionibusque possessionarijs, ferrifodinis, alijsque pertinentijs et emolumentis Reditibus utilitatibus Juribusque Impignora-

titio et Regio praescriptis. Masculinis vero haeredibus etiam Petri Bethhlen Junioris (quod absit) deficientibus aut non existentibus Castri Eiusdem Bonorumque iamfatorum Totalem et integram dimedietatem Etiam Foemininæ posteritatibus nominati Petri Bethhlen iunioris: Alteram vero Totalem similiter et Integram Eiusdem Castri et Bonorum Dimidietatem; Illustri Comitissae virgini Catherinae Bethhlen, filiae, Quibus forte, in utriusque sexus haeredum solatio deficientibus, reliquis etiam Omnibus iam natis et in posterum Dei praepotentis beneficio nascituris, filijs et filiabus praenominati Illustrissimi Comitissae domini Stephani Bethhlen Senioris fratris nostri charissimi, eorumque filiae nimirum vel filiarum Petri ipsiusque Catharinae, reliquorumque filiorum et filiarum dicti domini Stephani Bethhlen senioris, ad quos Castrum et Bona, modis et rationibus superscriptis essent deolvenda, Eorundemque haeredibus et posteritatibus universis amanter et gratiose dandas donandas et conferendas duximus, prout damus donamus et conferimus, Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, saluo Jure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio Literarum mediante. Quas Nos in formam priuilegy nostri redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum in Libera Regia Ciuitate Cassouiensi die Tertia mensis Martij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo.

(*Egykoru* másolat a gróf Erdődy család vörösvári levéltárában, Capsa 25. fasc. 1. Nr. 14.)

(Ez oklevelet egész terjedelmében, de sok hibával átirta a gyulafehérvári káptalan 1667. évben, ebből egy kivonatot átirt 1769. évben. Található a budai kamarai levéltárban N. R. A. 1860. csom. 68. sz.)

*Jegyzet*: A fentebbi birtokokról lásd az 1598. és 1612. évi okleveleket, valamint a görői tört. és régészeti füzeteket II. köt. 381. 382. lap.

### 530.

1622. september 24-én.

Nos Gabriel Dei gratia Sacri Romani Imperij ac Transilvaniae Princeps, Siculorum Comes, ac Oppuliae Ratyboriaeque Dux, Memoriae etc. Quod nos cum ad nonnullorum fide-

lium Consiliariorum nostrorum singularem nobis propterea factam Intercessionem, tum vero attentis et consideratis fidelitate, fideliumque servitiorum meritis, Fidelis nostri Egregy Volfangi Kenderessi de Nemethi, in eadem possessione Tricesimatori nostri, quae ipse tam in alijs quibuscunque negotijs, fidei et industriae suae commissis in omnibus occasionibus, varÿsque rerum vicissitudinibus, summa fide et promptitudine, quam etiam in eo quo ad praesens fungitur Tricesimatoris officio, hactenus semper exhibuit et impendit. In posterum quoque paribus fidelitatis et promptitudinis obsequiis eum exhibiturum et impensurum nulli dubitamus. Totales igitur et integras portiones possessionarias, sive domos, et sessiones Jobbagonales ipsius, unam populosam in possessione Fülepkö, in vicinatis providorum Petri nagy ab una, ac desolati fundi alterius quondam Petri István partibus ab altera, in qua ad praesens providus Georgius Csuhoi personalem facit residentiam, ac desertarum ibidem duarum, in Zpintres, in Perro quinque, in Posega unam, in Baltatres, in Zalcsova similiter tres in Aradiensi et in Gura, Dobra quoque tres onnes(?) desertas, ac unam Curiam nobilitarem etiam desertam in Jofeö (Ma Dobra) sic dictis possessionibus et Huniadiensi Comitatus existentibus habitas, In quarum quidem quieto et pacifico dominio a tempore adeptionis, et consecutionis earundem perstitisse, ac nunc quoque persistere, literis solummodo et literalibus instrumentis superinde habitis destitutus ex eo esse, quod superioribus annis in arce nostra Deuensi, domo in qua illae asservabantur fulmine icta, conflagratae fuissent, perhibetur; Simul cum cunctis suis utilitatibus, emolumentis, et pertinentijs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, foenetis, syluis, nemoribus, montibus, vineis, vinearumque promontorijs, aquis, fluuijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, Generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis, et antiquis limitibus existentibus, memorato Volffgango Kenderesi haeredibusque et posteritatibus ipsius utriusque

sexus universis Novae nostrae Donationis Titulo gratiose dedimus, donavimus et contulimus, Imo damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiler possidendas pariter et habendas Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas in formam privilegii nostri redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum in Civitate nostra Alba Julia die vigesima quarta mensis Septembris Anno domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo secundo.

(Liber Regius XV. Gabrielis Bethlen. 18. lap, a gyulafehérvári káptalan ltárában.)

### 531.

1624. augusztus 21-én.

Serenissime domine domine nobis semper gratiosissime.

Fidelium ac perpetuorum Seruitorum nostrorum in favorem Serenitatis vestrae humillimam oblatamque Commendationem. Nouerit Serenitas vestra nos literas eiusdem Statutorias pariter et introductorias pro parte et in persona Nobilis Francisci Groza alias Farkassi de Szak in districtu karansebesiensi existentis, filij Egregij Groza Farkassi confectas et emanatas, nobisque inter alios Serenitatis vestrae Seruitores praeceptorie sonantes quas cum honore et obedientia uti decuit recepimus in haec uerba.

Gabriel Dei gratia, Sacri Romani Imperij et Transylvaniae Princeps, partium regni Hungariae Dominus, Siculorum Comes ac oppulidae Ratiboriaeque dux etc. Fidelibus nostris Generosis Egregijs et Nobilibus Francisco Kriczouai Comiti et Caspari Duma Judici nobilium Comitatus Zeoreoniensis. Item Nicolao Juul, ac alterius Nicolao Fodor de Caransebes praesentes nostras visuris. Salutem et gratiam nostram. Cum nos cum ad nonnullorum fidelium Consiliariorum nostrorum singularem nobis propterea factam intercessionem. Tum vero attentis et consideratis fidelitate et fidelibus seruitijs Egregij Francisci Groza alias Farkassi de Zak in districtu karansebesiensi existentis filij uero Egregij quondam Groza Farkassi, quae ipse nobis, et huic regno Transylvaniae fideliter exhibuit et impendit, ac in futurum quoque exhibiturus et impensurus

est. Totales itaque et integras portiones possessionarias in possessionibus Szak, Morencz, Matnok, Ohaba et Almafa populosis Beleien et Czernota desertis omnino in Comitatu Zeoreniensi existentibus habitas antea quidem ab Egregio quondam Balthasare Zagiuai possessis, sed per mortem et defectum seminis eiusdem in praefatum Franciscum Groza alias Farkassi, fratrem videlicet ipsius Balthasaris Zagiuai Condiuisionalem iure successorio condensas et redactas, ac ab ipso tempore quiete et pacifice tentas, literis tamen et literalibus instrumentis superinde necessarijs non existentibus. Totum item et omne ius nostrum regium si quod in praefactis portionibus possessionarijs etiam aliter qualitercunque existeret et haberetur: aut eadem et idem nostram ex quibuscunque causis, vjs, modis, et rationibus concernerent collationem. Simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet teris scilicet arabilibus cultis et incultis agris pratis, pascuis, campis, foenetis, Syluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis uinearumque promontorijs, aquis fluuijs piscinis piscaturis aquarumque decursibus molendinis et eorundem locis. Generaliter uero quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis uocabulo uocitatis ad easdem portiones possessionarias, Jusque regium in eisdem habitum de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis ueris metis et antiquis limitibus existentibus, praemissisque sicut praefertur stantibus et se habentibus memorato Francisco Groza alias Farkassi ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis, novae nostrae Donationis titulo uigore aliarum literarum nostrarum nouae Donationalium superinde confectarum et emanatarum in perpetuum. Saluo Jure alieno clementer dederimus, donauerimus et Contulerimus. Velimusque eundem in dominium praedictarum portionum possessionariarum in possessionibus Szak, Morencz, Matnok, Ohaba et Almafa populosis, Item Beleien et Czernota desertis omnino in Comitatu Zeoreniensi habitarum Jurisque nostri Regj in ysdem qualitercunque habiti, per uos legitime facere introduci. Super quo uobis harum serie Committimus et mandamus firmiter ut acceptis praesentibus statim simul uel duo vestrum sub onere alias in talibus obseruare solitis ad

facies praescriptarum portionum possessionariarum in possessionibus Szak, Morencz, Motnok, Ohaba, et Almafa populosis Item Belieni et Czernotha desertis Comitatuque praeallegato Zeoreniensi existentibus habitarum vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis et praesentibus accedendo introducatis iam fatum Franciscum Groza alias Farkassi in dominium earundem portionum possessionariarum, Jurisque regy in ysdem habiti, Statuatisque easdem et idem, eidem ipsiusque haeredibus et posteritatibus utriusque sexus vniuersis, simul cum praecensitis cunctis suis vtilitatibus et pertinentys quibuslibet Jure ipsi ex praemissa noua Donatione nostra incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit Contradictum Contradictores uero qui si fuerint euocetis eosdem ibidem contra annotatum Franciscum Groza alias Farkassi ad decimum quintum diem, a die huiusmodi Contradictionis ipsorum, ipsis ex hinc fiendae, computando in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam rationem Contradictionis ipsorum reddendum efficacem. Et post haec uos seriem huiusmodi Introductionis et Statutionis vestrae simulcum Contradictorum, et Euocatorum vicinorumque et Commetaneorum qui praemissae Statutionis et Introductionis (igy) vestrae interfuerint, Nominibus et Cognominibus terminoque assignato pro ut fuerit expedienda nobis terminum ad praefixum fide uestra mediante referre uel rescribere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia die Tertia mensis Julij. Anno domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo quarto.

Nos igitur mandatis Serenitatis uestrae per omnia ut tenemur obedire et obtemperare satagentes hoc Anno presenti in festo Transfigurationis Domini ad facies praescriptae possessionis Szak in Comitatu Zeoreniensi existentis habitae, uigore literarum Serenitatis uestrae Introductoriarum et Statutoriarum accessimus, vicinis et Commetaneis ut puta Nicolao Fodor Nobile de Caransebes, Joanne Frenk Nobili de Karan, Francisco et Martino Sarga Jobagionibus Relictae Volphangi Motnoki Annae Simon de eadem possessione Szak, Petro Marko de Dsena Jobagione Nicolai Gerlistei, Stephano Mihucza de Tinkoua Jobagione Casparis Duma

alysque quam plurimis inibi legitime Conuocatis et accersitis ; Cum nos iam fatum Franciscum Groza alias Farkassi in dominium praescriptarum portionum possessionariarum, Jurisque regy in ysdem habiti Introduceremus Statueremusque eandem et idem, eidem ipsiusque haeredibus et posteritatibus vtriusque sexus, simul cum praecensitis cunctis suis vtilitatibus et pertinentys vniuersis perpetuo possidendas, et cum per tres dies ibi moram faceremus tertio die obuiauit nobis Petrus Ruda de Morencz Jobagio Relictae Volphangi Motnoki in persona suae dominae et orphani Domini sui Joannis Motnoký literis Inhibitionalibus Serenitatis vestrae, Introductoriae et Statutoriae nostrae Inhibendo et Contradicendo. Quos nos iuxta mandatum Serenitatis vestrae ad decimum quintum diem Euocauimus medio eorundem Jobagionum vicinorum Commetaneorumque a die Contradictionum ipsorum Computando in Curiam Serenitatis vestrae rationem Contradictionis eorum reddituri efficacem. Et posthaec nos seriem Introductionis huiusmodi et Statutionis nostrae simul cum Contradictorum et Euocatorum Vicinorumque et Commetaneorum Nominibus et Cognominibus terminoque assignato ut per nos sunt expeditae modis omnibus ad terminum praefixum Serenitati vestrae fide nostra mediante retulimus atque descripsimus. Quam Deus ter optimus maximus ad uota diu feliciterque conseruare dignetur. Datum in Caransebes decimo sexto die praemissae Statutionis nostrae. Anno domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo quarto.

Eiusdem Serenitatis vestrae  
 humilles fidelesque Seruitores  
 Caspar Duma Judex nobilium ac  
 Nicolaus Juul Nobiles de Caransebes.

(*Kivül* : Serenissimo Domino, domino Gabrieli Dei gratia Sacri Romani Impery, et Transyluaniae Principi, partium regni Hungariae Domino et Siculorum Comiti ac oppuliae Ratiboriaeque Ducis etc. Domino, domino nobis semper gratiosissimo.) (Más helyen : Anno Domini 1633. Apertae per Martinum Markosffalui Secretarium.)

(Eredetiye a tinkovai Macskási-család Itárában XXII. csomag, 712. szám.)

## 532.

1627. april 14-én.

Gabriel Dei Gratia Sacri Romani Impery et Transylvaniae Princeps partium regni Hungariae Dominus, Siculorum Comes, ac Opuliae Ratiboriaeque Dux etc. Fidelibus nostris, Egregys et Nobilibus Joanni Peczi, Nicolao Zigethi, Blasio Dengelegi, Joanni Horuat, Stephano Zentpali, Blasio Patakfalui, Maioris Cancellariae nostrae Scribis, Georgio Haczeki, Petro Incedi, Ambrosio Veres, Stephano Virginas et Gabrieli Zeoleosi, Juratis Sedis nostrae Judiciariae Notarys de Curia nostra ad id, specialiter transmissis. Salutem et gratiam. Exponitur Nobis in persona Generosi Sigismundi Josika de Brauczka. Qualiter superioribus annis Generosus quondam Sigismundus Sarmasaghi de eadem Sarmasagh vitricus ipsius Exponentis Totale et integrum Castrum suum paternum Sidouar nuncupatum, cum omnibus suis pertinentiis, possessionibus videlicet et portionibus possessionariis in Comitatibus Zeoreniensi et Huniadiensi existentibus, totali item et integro oppido Buzur vocato, in eodem Comitatu Huniadiensi habito, Generoso Paulo Keresztesi de Nagy megier, certis ad id inductus rationibus, in et pro summa mille florenorum hungaricorum titulo pignoris ad duodecim annorum spatium dedisset, inscripsisset et impignorasset; hac interiecta conditione, quod videlicet dum et quando transacto duodecim annorum spatio. praenotatus Sigismundus Sarmasaghi, aut Generosa quondam domina Barbara Fwzi protunc consors sua, vel haeredes et posteritates eorundem praenotatum Castrum Sidouar oppidumque Buzur, cum suis pertinentiis praetactis ad se se redimere voluerint, ex tunc annotatus Paulus Keresztesi vel haeredes ipsius, habita tamen prius praetacta mille florenorum summa, Vna cum tormentis alyque instrumentis bellicis, in eodem Castro tempore resignationis habitis cunctis etiam vtilitatibus et pertinentiis quibuslibet, eisdem Sigismundo Sarmasaghi, aut dominae Barbarae Fwzi, vel haeredibus et posteritatibus eorundem resignare, si vero nollent vel recusarent, ydem ad comitia Regni primitus celebranda peremptorie euo-

eati, iuri stare debeant et teneantur. Vellet itaque annotatus Exponens praetactam mille florenorum summam eidem Paulo Keresztessi medio vestri reddere et restituere, dictumque Castrum Sidouar simul cum cunctis instrumentis bellicis tempore resignationis in eodem existentibus, ac oppido Buzur, alysq̄ue Juribus possessionarijs et pertinentijs quibuslibet ab eodem repetere et pro se rehabere. Quo circa vobis harum serie committimus et mandamus firmiter, ut acceptis praesentibus, statim simul uel duo vestrum sub oneribus alias in talibus obseruare solitis, erga memoratum Paulum Keresztessi cum praesentibus accedendo, ammoneatis eundem, dicatisque et committatis eidem verbo nostro, ut ipse leuata et percepta praefata Mille florenorum summa, praenotatum Castrum et oppidum, simul cum suis pertinentijs et vtilitatibus quibuslibet, cunctis etiam instrumentis bellicis tempore resignationis in eodem Castro habitis, modis et conditionibus in ipsis literis fassionalibus superius confectis, cum praesentes vobis exhibentur, reddere et restituere debeat et teneatur. Qui si fecerit benequidem, alioquin euocetis eundem ibidem, contra annotatum Exponentem ad primum diem futurorum Comitiorum dominorum Regnicolarum trium nationum Transyluaniensium et partium regni Hungariae, Transyluaniae subiectarum primitus celebrandorum, rationem de praemissis peremptorie redditurum, Certificantes eundem ibidem, quod siue ipse primo die praedictorum Comitiorum compareat siue non, Nos tamen ad partis comparentis instantiam, id faciemus in praemissis, quod iuris dictauerit ordo. Ex post vos huiusmodi ammonitionis et Certificationis Vestrae seriem, pro ut per vos fuerit expedienda, fide vestra mediante rescribere debeatis et teneamini. Secus non facturi Praesentibus perlectis exhibenti restituitis. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia feria quarta proxima post Dominicam Quasimodo, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo Septimo.

(P. H.)

Lecta.

(Eredetiye Kolosvárt a báró Jósika család ltárában, Fascicul. 38. Nr. 8. Ujabb: fascicul 107. Nr. 5.)

## 533.

1627. april 20-án.

Serenissime Princeps domine domine nobis clementissime, fidelium perpetuorumque seruitiorum humilimam subiectionem.

Vestra noverit Serenissima Celsitudo, nos literas eisdem ammonitorias, pariter et certicatorias ac Euocatorias, pro parte et in persona Generosi domini Sigismundi Josika de Braniczka confectas et emanatas, nobisque inter alios Serenitatis uestrae fideles nominatim conscriptos et directas, honore et obedientia quibus decuit recepisse in haec verba.

(László Gábor fejedelem rendeletét 1601. april 14-éről 532. sz. a.)

Nos itaque mandatis Serenissimae Maiestatis (így) uestrae in omnibus uti tenemur obedire et satisfacere volentes, in hoc Anno praesenti Millesimo Sexcentesimo vigesimo septimo, die vigesima mensis Aprilis, hic Albae Juliae, erga Generosum dominum Paulum Keresztessi de Nagi Megyer accessimus, ac vigore mandati Serenitatis uestrae ammonuimus, diximusque et commisimus eidem verbo Serenitatis uestrae, ut ipse levata mille florenorum hungaricalium summa, Castrum Sidouara et oppidum Buzur cum universis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ac instrumentis bellicis, Generoso domino Sigismundo Josika de Braniczka remittere debeat; qui de facto propria sua voce, nobis resoluit se in haec verba. Eörömet io sziuel fel veszem a summat, de elsöben mind eö kegielmek s' minden mennjünk ala, s az mit az varon epetetem estimalliak megh, es azzal osztan eggiüt az summatis fell ueuen, eö kegielmeknek megh adom az varat. Quo audito, nos iuxta continentiam eiusdem Serenitatis uestrae mandati, ad primum diem futurorum Comitiorum dominorum Regnicolarum Transylvaniensium primitus celebrandorum euocauimus, ratione preuia, mille videlicet praetactarum florenorum summa non leuationis; Certificavimusque eundem dominum Paulum Keresztessi, quod siue ipse termino in praescripto compareat siue non, uestra tamen Serenitas id erit factururus, quod iuris dictauerit ordo, Seriem itaque huiusmodi Executionis nostrae,

uti per nos fuit *expedita* fide nostra mediante *Serenissimae Maiestati* vestrae rescripsimus, Eandemque *Serenitatem* uestram diu feliciter regnare desideramus. Datum Anno, die et loco in praenotatis.

*Serenissimae Celsitudinis* vestrae

Fideles humillimi et perpetui seruitores

Nicolaus Szigethy m. p. et Blasius Dengeleghy m. p. Jurati notary Cancellariae maioris de Curia Serenitatis vestrae ad id specialiter transmissi.

(Kivül: A fejedelmi címen kivül: 1627. apertae per me Gregorium Ormankezy secretarium.)

(Eredetije a báró Jósika család kolosvári ltárában 109. csomag, 17. darab.)

### 534.

1627. augusztus 16-án.

Nos Requisiteores literarum et literalium instrumentorum in Sacristia seu Conseruatorio Capituli Ecclesie Albensis Transilvanie repositorum et locatorum, ac aliarum quarumlibet Judicial. deliberationum legitimorumque mandatorum suae Serenitatis executores. Damus pro memoriae per praesentes. Quod Generosi et Magnifici Sigismundus Josica de Brainiczka ab una, ac Jacobus Restÿs de Ragusio partibus ab altera coram nobis personaliter constituti. Idem Sigismundus Josica omnibus et quibuslibet grauaminibus cunctorum filiorum filiarum, si qui essent, fratrum, sororum, proximorum et consanguineorum, quos videlicet infrascriptum ad praesens tangeret et concerneret, tangereue et concernere in futurum quomodo libet posset negotium super se assumptis et levatis, matura primum inter se deliberatione praehabita, sponte ac libere oraculo vivae vocis suae propriae confessus est pariter et retulit in hunc modum. Quomodo ipse certis grationalibus et bonis respectibus inductus, ac commodum et utilitatem utriusque partis pro se habens, de et super totali et integro Castro Sidovar nuncupato, una cum totalibus et integris possessionibus Sidovar et Zederjes in Comitatu Zöreniensi ad idem Castrum pertinentibus talem cum praefato Jacobo Res-

tÿs fecisset et celebrasset contractum Quod videlicet dictum castrum *Sidovar una* cum Instrumentis et tormentis bellicis signanter autem et expresse aenea vna et altera ferrea Colubrinis, morsario uno, Barbaris viginti octo, globulis colubrinarum quadraginta octo, Barbatum globulis quadringentis septuaginta, vexillo uno lineo, cadit tribus Dolÿs mediocribus quatuor, doliolo uno, sportis frumentariÿs sex, *Serisnaiibus* (?) quatuor, pedicis funeis duobus, mensa una, sedilibus duobus, tribus plumbi libris, uno lecto et una arca, nec non totales et integras possessiones *Sidovar una* cum Jobagionibus, Nicolao Arsoka, Mikla Kreczun, Buzleu Ivaczko, Dikul Mirtin, Paul Miklos, Bunei Stephaneste, Thoma Petru, Szerb Opra, Johanne Kelovan, Nicola, Johanne Gebrian, Urszul, Nicolao Dragan, Johanne Barb, Csokan Birta, Michaele Kelovan, Ignatio Mogos, Nicolao Heczegan, Laza flore, Stephan Leicz, Nicolao Andra, Johanne Bassa, Supei Kal, Nicolao Baba, Jovan Olarul, Jenkeu Auram, Gebriel Busan, Johanne Szerbul, Nicolao Mokos, et *Zederjes*, una cum prouidis Jobagionibus Jacobo Bok, Giurma Melkucz, Georgio Condan, Olar Kreczun, Petru Paul, Daba, Mirku Lupul, Johanne Bok, Michaele Andres, Vekar Laza, Johanne Czeran, Michaele Istina, Georgio Mihok, Kelan Petru, Mihucze, Muskar Petro, simulcum cunctis eiusdem et earundem utilitatibus et pertinentÿs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris pratis pascuis, campis, foenetis, siluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promonthorÿs aquis, fluuÿs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum generibus, ad idem castrum et easdem possessiones de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis ñeris metis et antiquis limitibus existentibus, memorato Jacobo Restÿs ipsiusque haeredibus et posteritatibus ntriusque sexus universis, in et pro mille Quadringentis florenis hungaricalibus ab eodem Jacobo Restÿs depositis, et a praelibato Sigismundo sicut coram nobis dixit plene ac integre leuatis et perceptis, titulo pignoris tempus infra redemptionis, ad sex usque annorum spatium proxime venturum dedisset inscripsisset, impignorasset. His tamen adiectis et ap-

positis conditionibus inviolabiliter observandis, quod primum prefato domino Jacobo Restÿs intus relaxam arcem liceat aedificare aedificia q . . . . que vellet ad valorem ducentorum florenorum. Deinde colonos in praescriptis possessionibus collocare et condescendere facere, non eos tamen qui ad easdem ab antiquo vel ipsi vel parentes sperrassent et praeteriissent, verum tamen extraneos et undequaque sua industria et labore conquisitos. Quorum si qui permanere tempore redemptionis voluerint singula capita in et pro florenis sedecim dictus dominus Sigismundus Josica, cum refusione suarum aedificiorum redimere poterit ac debeat. Quod si autem ex modernis atque ad praescriptam arcem pertinentibus aviticis colonis, annotatus quoque dominus Jacobus de Restÿs quosdam abalienaret, aut quouis sub praetextu per incuriam etiam suam amitteret, pro eisdem universis et *singulares* capitalem summam hoc est homagium et . . . . . deponere teneatur et esset obstrictus. Hoc non praetermisso: Quod dictus dominus Jacobus de Restÿs, annotato Sigismundo Josica Siluarum glandiferarum proventum totalem et integram dimidietatem tam ex *pulis* quam ex pecuniis in uno anno quandocumque voluerit, dare et assignare teneatur. Assumens nihilominus idem Sigismundus Josica, se in libero quieto et pacifico praescripti castris et possessionum annotatorum dominio Saepe allegatum dominum Jacobum de Restÿs ipsiusque haeredes, tempus infra redemptionis quoslibet legitimos Impetitores, Actores causidicos, turbatores et molestatores proprÿs suis laboribus fatigÿs et expensis defendendo conseruaturum paratum semper fore. Quod si autem defendere nollet non poterit vel quouis modo non curaret, ex tunc ex alÿs suis bonis et juribus portionibusque possessionariÿs ad valorem usque suae praescriptae aedificiorum et colonorum, vigore duntaxat praesentium adhibito vero Vice Comite et altero Judice Nobilium Comitatus ubi bona adiacent memoratus Jacobus Restÿs comparere posset et valeat, tandiuque eam tenere, quo ad saepedicta summa . . . . a cum aedificiorum et colonorum refusione modo superius declarato refunderetur et restitueretur, Prout coram nobis composuerunt transigerunt et fassi sunt. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria secunda proxima post

festum Assumptionis Beate Marie Virginis Anno domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo Septimo.

(Prot. Gaspari Bojti 23—24 lap. a gy. fehérvári káptalan ltárában.)

### 535.

1628. april 20-án.

Gabriel Dei gratia Sacri Romani Impery et Transylvaniae Princeps, partium regni Hungariae Dominus Siculorum Comes ac Oppuliae Ratiboriaeque Dux etc. Fidelibus nostris Egregys et Nobilibus, Nicolao Juul, et Ladislao Simon de Caransebes Item Stephano Somogyi, Nicolao Topsis, Martino Thoma, et Stephano Lugossi de eadem Lugos, Salutem et gratiam nostram. Cum nos ad singularem Generosi fidelis nostri Pauli Nagy de Dewa peditum praetorianorum nostrorum Capitanei, nec non Districtuum Lugosiensis et Caransebesiensis Bani supremi, nobis propterea factam intercessionem, Tum vero attentis et consideratis fidelitate, fidelibusque seruitys Egregy Georgy Loncza, de Lugos, quae ipse spretis a puero vitiorum illecebris honestissimarum Artium liberalium disciplinis incumbendo, primum quidem in Curia Magistrae quondam Clarae Szini, Magistri dudum Ladislai de Karoly Relictae viduae, ad praesens vero in dicto oppido nostro Lugas Rationistae, simul ac Notariatus officio fungendo, constanti animo summaque industria exhibere et impendere perhibetur, ac in posterum quoque pari fidelitatis zelo exhibiturum et impensurum ipsum confidemus; Totalem et integram sessionem suam et domum, hactenus Ciuilem seu Colonicalem, in oppido saepedicto Lugosiensi, foroque publico, ac domorum nobilium quondam Adami Dorka, et Martini Vrczugh ab orientali; a meridionali vero prouidi honesti Mathaei Busor; ab occidentali autem ac demum a Septentrionali plagis, fori publici vicinitatibus, Comitatuque Szeoreniensi existentem habitam ab omni Censuum taxarum et Contributionum nostrarum tam ordinariarum quam extraordinariarum, subsidyque et lucri Camerae nostrae solutione; vineas

item seminaturas allodiaturas, et Agricolationes ipsius Georgy Loncza et alias quaslibet haereditates, quas in dicto oppido Lugos, et territorÿs eiusdem iuste et legitime possideret, a Decimarum Nonarum et Capetiarum pensione in perpetuum eximendas, libertandas, supportandas, et vigore aliarum literarum nostrarum exemptionalium superinde confectarum et emanatarum nobilitandas duximus; velimusque eundem Georgium Loncza, ipsiusque haeredes et posteritates vtriusque sexus vniuersos, in Immunitatem et exemptionem libertatemque domus eiusdem per vos legitime facere introduci, Super quo vobis harum serie committimus et mandamus firmiter, quatenus acceptis praesentibus statim simul vel duo vestrum, sub onere alias in talibus obseruari solitis, ad facies praescriptae domus in dicto oppido Lugos, Comitatuque praeallegato Szeoreniensi existentis habitae, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et praesentibus accedentes Introducatis iamfatum Georgium Loncza, in libertatem, Immunitatemque praedictae exemptionis nostrae Statuatisque eandem eidem ipsiusque haeredibus et posteritatibus vtriusque sexus vniuersis, simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinentÿs quibuslibet, vineis item seminaturis Allodiaturis et Agricolationibus hactenus rite et legitime tentis et possessis, iure ipsis ex praemissa exemptione nostra incumbente perpetuo possidendam si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint Euocetis eosdem ibidem contra annotatum Georgium Loncza, ad decimum quintum diem a die huiusmodi Contradictionis ipsorum ipsis exhinc fiendae computando in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam, rationem Contradictionis eorundem reddituros efficacem. Et posthaec vos seriem huiusmodi Introductionis et Statutionis vestrae, simul cum Contradictorum et Euocatorum, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni, et Introductioni vestrae interfuerint nominibus et cognominibus, terminoque assignato, prout fuerit expedienda, nobis terminum ad praefixum, fide vestra mediante, referre vel rescribere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis Exhibenti restitutus. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia, die vigesima mensis

Aprilis, Anno domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Octauo.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási család ltárában XXII. csomag. 713. szám.)

### 536.

1632. augusztus 20-án.

Mi Gerlistei Lazlo, Tot Iliés Zeöreni Varmegyének Karansebes districtusának hiteos Ispany, es Duma Gaspar Zolga bíró, Addiuktuttara mindeneknek az kiknek illik ez mi ielen valo leuelunknek rendiben, Mostaniaknak smind Jeouendeöben leueöknek. Hogy Jeouenek mi elleonkben, Egy feleöl Karansebesy Vanul Ferencz. Masfeleol az Nemzettes es vitezleo Fiat Sigmond vram. Az megh Irtt Vanul Ferencz senki kenzeritesebeöl zabad Jo akaratiabol teön illien Valast. Hogy ez elmult Eztendeokben az eö Attia Anya, es Attiafiay bizonios okokertt zalagositottanak volt Zas Tiz forintertt, Ezen Zeoreny Varmegyeben Karansebes tartomaniaban Pokonicz Videkiben Brebul new faluban leueo rez Jozagokatt, az Jozaghoz de Jure et ab antiquo tartozo hatarival, mezeyvel Erdeyvel Vizeivel Iusaiual (?) minden haznayval. Karansebesben, lako Thoma Lazlotol es az eö fiatol Toma Giorgyteol, ki Valtuan es penzet megh aduan Mostan azon megh Irtt rez Jozagott, kenzeritetet esmett zalagban vettni Zas hatuan Eott forintertt Fiat Sigmond Vramnak es maradekinak Valtasnak ideigh, birni haznatt venni. Ea Condicione pedig hogj az megh Valtaskort is Mag. <sup>1)</sup> . . sayat pinzevel ne masewal valthassa, Vanul Ferencz se maradekj. Azertt fel ueuen Vanul Ferencz az megh Irtt Zas hatuan Eott forintott. Ada Valla es magatol maradekiteol telliessegessen el Idegenite (igy) az penznek adataig az megh Irt rez Jozagott Fiat Sigmond Vramnak es Maradekinak birni haznat venny. Az Convictiotis minden Conturbatoroknak magara fel ueon Vanul Ferencz. Melynek bizonsagara attuk Ez Varmegink peczetivel Confirmaltatott leuelunkett, Eztis hoza teven, ha Fiat Sigmond vram Jobbagy Irttnak erdeott, az megh Valtaskortt megh bezüluen munka-

<sup>1)</sup> Az oklevél hézagos.

yokatt, az derek penzel aztis tartozik Vanul Ferencz es Maradeki megh fordítani smind pedig egyeb eppetessekettis Datum Ex Caransebes die vigesima mensis Augusti Anno 1632.

(Eredetije a báró Fiáth család levéltárában. Szöveg alatt három pecsét nyoma. Acta Transilv. fasc. III. M.)

### 537.

1633. október 12-én.

Georgius Rakoci Dei gratia Princeps Transilvaniae, partium Regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes etc.

Egregie fidelis dilecte, Salutem et gratiam nostram. Jut hat eszedben, Desen letedben mikeppen sollicitalad teölwnk Sidouarat, kit noha mý masoknakis el adhattunk uolna, de keönjeörgesedre kegielmes teketetwkn leuen, ket szaz forint engedelemmel adok neked, a mint magunknak allott annal alab, es immar ugi adatçk çrteswknkre hogi megh akarz trefalni bennwknket, az penzt nem akarnad letenni, melljet ha czielekzel, bizonios legi benne megh tanitunk hogi nem uoltunk trefas tarsaid. Paranchioliuk azert, ez lewelwknket ueuen, az alkalom szerent ualo tizen negi szaz forintot ted le mingiarast, tallerul pedig iob reszet, es mingiarast Praefectusunknak kezeben meltassad, s minket a dologhrul tudosics, alioquin el hid hogi szádban marad vraddal ualo trefalasdndak az izi. Secus non facturus. Datum in Arce nostra Szamosuýuar dje 12. Octobris Anno Domini 1633.

G. Rakocy m. p.

(Kivül: Egregio Sigismundo Fiat, Tricesimatori nostro Karansebesiensis etc. Fideli nobis dilecto.)

(Eredetije a báró Fiáth család levéltárában. Zárlatán a fejedelmi pecsét.)

### 538.

1633.

Anno 1633. die 21. Octobris Fiát Sigmond vramnak Az mi kegielmes vrunk ó Nagjsaga kegielmessegeből, az meli tizen negy szasz forintot kellet volna Sidovarosert depozálni, hozot megh benne hat szasz forintot R 600. Greczi tal-

lert szeges talleral együt Nr. 176. 16. pallosos tallert nyolczat Nr. 8. melljet ő kegieme Captalanok elet en kezemben adot az többi ő kegyemeuel restal. Datum Albae Juliae die et Anno vt supra.

Wolfgangus Beli. m. p.

(Eredetije a báró Fiáth család levéltárában. alsó szélén finom metszetű és bevágott papírral fedett gyűrűs pecsét.)

### 539.

1634. május 17-én.

Nos Requisiteores literarum et literalium Instrumentorum in sacristia, siue conservatorio Capituli Ecclesiae Albensis Transylvaniae repositarum et locatorum, ac aliarum quarumlibet Judiciariarum deliberationum legitimorumque mandatorum Principalium Exequutores. Damus pro memoria per praesentes, Quod prudentes ac Circumspecti Wolphangus Ardan Judex primarius oppidi Lugas caeterique Jurati Ciues eiusdem oppidi nostram personaliter venientes in praesentiam exhibuit nobis et praesentavit literas quasdam unas Serenissimi quondam Gabrielis Bathori alias Principis Regni hujus Transylvaniae felicitis recordationis confirmationales privilegiorum diversorum Regum Ladislai et Isabellae simplici pargameno patenter confectas sigilloque eiusdem pendente in corda sericea impressime communitas, manusque subscriptione roboratas, tenoris infrascripti petentes nos debita cum instantia vt nos copiam seu paria earundem transumto literarum nostrarum inserendo sub sigillo Capituli hujus usitato et authentico jurium suorum uberiozem futuram ad cautelam necessariam extradare et emanari facere vellemus. Quarum quidem literarum tenor seu verbalis continentia sequitur hunc in modum. Ad extra in dorso earum in uno loco 1609 feria sexta in festo beati Galli Confessoris in generali congregatione dominorum Regnicolarum trium nationum Transylvaniensium et partium Regni Hungariae Exhibitae et publicatae sunt praesentes in personis vniuersorum Nobilium Lugasiensium et per eosdem Dominos Regnicolas in vigore valeant nullo contradicente appa-  
rente Magister Johannes Angyalos protonotarius manupro-

pria, in altero vero loco Anno 1609. 1. die Juny praesentati coram me Ladislao Gerlisztei substituto Bano a Generoso Dno Wolfgango Kamuti m. p. Eodem anno et die praesentatae coram Castellanis Comitatus Zörinyensis Johanne Peika et Daniele Kun m. p. Ad intra vero: Nos Gabriel Dei gratia stb.

(Lásd Báthory Gábor megerősítő levelét 1609 évről; mely átírja V. László 1457 évi- és Isabella királyné 1551. évi levelét is. Össze kapcsolván ezen szavakkal: Alterarum autem literarum tenor iterum sequitur hunc in modum: Isabella stb.)

Et subscriptus erat a parte una Gabriel Princeps, ab altera vero Stephanus Kendi m. p. Et Erasmus Adam Secretarius m. p. Nos itaque justa postulanti placidum praebentes assensum praescriptarum literarum copia seu paria non abrasarum, non cancellatarum nec in aliqua sui parte suspectarum sine diminutione, augmento vel variatione aliquali de verbo ad verbum praesentibus inserendo sub sigillo Capituli hujus usitato et authentico jurium suorum uberiorum futuram ad cautelam necessariam memoratis Wolfgango Ardan Judici primario Oppidi Lugas Caeterisque juratis Civibus eiusdem oppidi fideliter et conscientiose extradanda duximus pariter et concedenda communi justitia et aequitate suadente legeque Regni permanente. Datum feria quarta proxima post Dominicam Cantate Anno Millesimo Sexcentesimo trigesimo quarto.

(Kivül: Anno 1650. En Fodor Ferencz attam ezt az privilegiumot varos ladaiaban.)

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási család ltárában XXII. csomag. 715. szám. A pecsét nyomával.)

## 540.

1633. junius 14-én.

Georgius Rakoci Dei gratia Princeps Transilvaniae partium regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc.

Egregie fidelis nobis dilecte Salutem et gratiam nostram. Az mint magadat ennek előtte Secretariusunk által declaraltad volt, hofi az S i d o v a r inscriptioiat felvenni, es az heliet joszagostol Josika Gabor es Farkas hiueinknek remittalni

kesz volnal, ha az mi kegielmes annuentiank accedamna. Mel-  
 liet my ugi ertuen, es az dologban semmi ellent nem tartuan,  
 paranchioltuk volt ennekelotte, hofi penzet fel veuen az heliet  
 es ioszagot remittalnad, mostan hozuan penigh az Huniadvar-  
 megiey egesz nemessegh hiueinknek leueleket közönsegesen  
 mjtalnak Josika Gabor mellet, hofi előbbi commissionk sze-  
 rint penzet hűsegeddel fel utetuén, az heliet es ioszagot re-  
 mittaltatnok. Igi leuen azert az dologh, miuel egiczet ugi  
 declaralta hűseged magat, hofi fel veszed penzeket; ha my  
 engedelműnkéből leszen, es ahozkepest mýs ugi resolualtuk  
 magunkat, hofi ellent benne nem tartunk, seót paranchiol-  
 tunkis immar egyiszer felölle, abbol immar hatra nem alha-  
 tunk: azert meghis ex superabundanti paranchiolliuk hűse-  
 gednek, magad declaratiód szerint ne halogasd az penznek fel  
 vetelit, s' az varnak, joszagnak Josika Gabornak megh adasat,  
 hanem az my kegielmes paranchiolatunk szerint, s egiczeti  
 igereted szerint is effectuliad, teob paranchiolatunkat erról  
 nem varuan. Nec secus facias. Datum Albae Juliae die 14.  
 Juny Anno 1634.

G. Rakocy m. p.

Martinus Markosfalui

Secr. m. p.

(*Kivül*: Egregio Sigismundo Fiat de Karansebes, Tricesimatori  
 nostro Karansebesiensis, etc. Fideli nobis dilecto.)

(Eredetije a baró Fiáth család levéltárában. Pecséttel.)

## 541.

1634. oktober 24-én.

Georgius Rakoci Dei gratia Princeps Transilvaniae,  
 partium regni Hungariae Dominus, et Sicularum Comes, etc.

Egregie fidelis nobis dilecte, Salutem et gratiam nostram,  
 Enek eleött ket uagy három izbenis parancholtunk hűseged-  
 nek, hogy Josika Gabortól Sidouaraert az inscriptionalis  
 summat leualvan, Sidovarát pertinentiaival, es minden  
 hozza ualó jokkal restitualna; kit mind eddigh sem cheleked-  
 uen; mireol megh engettük kegielmesen neki mint verus et  
 legitimus successornak hogy ki ualthassa, Hűsegednek megis

ex superabundanti paranchollyuk serio Sidovaraert az inscriptionalis summat fel ueuen Josika Gabortol, cum suis pertinentijs et omnibus bonis bocsassa mingyarast kezehez, erreöl parancholatunkat nem varuan; Alioquin ha megis parancholatunkat posthabeallja hűseged, mind Animadversionkat magara vonsza, mind pedigh ha Josika Gabor ratione non obseruationis legittimi mandati nostri, citaltatni fogh; s az teörüeny ugy hozza, mind az jozzagot el uezted, s' mind pedigh az summa nelkwlis el leszen, maga engedetlensegének tulaydoniczja hűseged es mý reank ne vessen. Secus nequam facturi. Datum in Ciuitate nostra Szasz Sebes die 24. mensis Octobris Anno domini 1634.

Rakocy m. p.

Martinus Markosffalui

Secretar. m. p.

(Kívül: Egregio Sigismundo Fiath de Karansebes, Tricesimatori nostro Karansebesiensi, etc. Fideli nobis dilecto.)

(Eredetije a báró Fiáth' család levéltárában, Zárlatán a fejedelmi pecsét.)

## 542.

1635. március 17-én.

Georgius Rakoczi Dei gratia Princeps Transyluaniae partium Regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc Fidelibus nostris Egregiis et Nobilibus Francisco Maczkasi Nicolao Peka, alteri Nicolao Fiat, Petro Kricziouay, et Nicolao Gaman omnino de Karansebes, nobis dilectis, salutem et gratiam nostram; Exponitur nobis in persona nobilis Dominae Annae Kricziouay primum nobilis quondam Nicolai Zanigay (Helyesen Zagyvay) de Monokfalua Relictae viduae, nunc vero Egregii Francisci Groza de Karansebes Consortis, qualiter superioribus temporibus inter ipsam Exponentem vt Incausa attractam ab una, ac nobilem Joannem Motnoky de dicta Karansebes ut Actorem partibus ab altera, ex eo quod praefatus Joannes Motnoky ipsam exponentem ammoneri fecisset super eo, ut ipsa Dotem suam ex portionibus possessionariis in possessionibus Zakuly, Morencz, Motnok, Ohaba, Zgribest, et Almafa, in districtu Karansebesiensi Comitatur

que Zöreniensi existentibus, quae ipsum Actorem, uti ipse praetenderet, jure sanguinitatis concerneret, leuaret, neque ipsa certis et rationabilibus de causis percipere voluisset, quaedam causa et litis differentia in praesentia Generosorum Egregiorum et Nobilium Pauli Nagy de Deua supremi et Michaelis Fodor de Karansebes Vice Banorum, Vice Comitum Judicumque Nobilium nec non Juratorum Assessorum sedriae districtus Karansebesiensis et Comitatus Zöreniensis; orta mota suscitata ventilataque extitisset; In qua vos Judicialiter procedendo Judicium eidem Exponenti valde onerosum et graue damnosumque pronunciassetis, et licet Procurator eiusdem Justae Causae praescriptam maturioris reuisionis gratia nostram in Curiam nostram scilicet in praesentiam de Jure Regni appellasset, ipsi tamen transmittere nolissent; prout nollent etiam de praesenti in praeiudicium ipsius Exponentis manifestum. Cum autem vniuersae causae fidelium nostrorum ratione jurium possessionariorum motae praesertim, et aliae de usitata Regni lege et consuetudine ex sedibus inferioribus Judiciariis in Curiam nostram transmitti soleant et debeant, Proinde vobis harum serie committimus et mandamus firmiter, quatenus acceptis praesentibus, rebusque sicut praefertur stantibus et se habentibus, statim, simul vel duo Vestrum sub oneribus alias in talibus obseruari solitis erga praefatos Swpreum et Vice Banos, Vice Comites, Judices Nobilium Juratosque Assessores Sedriae iam dictorum districtus Karansebes et Comitatus Zöreniensis, cum praesentibus accedendo; qui si personaliter reperiri poterint, eosdem ibidem personaliter, alioquin de domibus habitationum siue solitis ipsorum residentiae, vel de bonis Juribusque ipsorum possessionariis, unde videlicet praesens ammonitio vestra ad scitum eorundem commode deuenire poterit, ammonetis eosdem ibidem, dicatisque et committatis eisdem verbo nostro vt ipsi causam praescriptam simul cum tota sua serie de processibus exinde qualitercunque subsequetis absque grauamine partium aliquali difficultateque sine omni maturioris et sanioris reuisionis gratia in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam transmittere debeant et teneantur; Qui si fecerint, benequidem, alioquin euocetis eosdem ibidem ratione praeuia coram latius declarante, con-

tra annotatam Exponentem ad decimum quintum diem a die ammonitionis vestrae ipsis exhinc fiendae computando, in Curiam nostram nostram scilicet in praesentiam rationem superinde reddituros efficacem, Certificantes eosdem ibidem quod siue ipsi termino in praescripto coram nobis compareant siue non, Nos tamen partis comparentis ad instantiam id faciemus in praemissis, quod Juris erit ordo. Et post haec vos seriem huiusmodi Ammonitionis Euocationis et Certificationis vestrae vti per vos fuerit expedita nobis terminum ad paesciptum fide vestra mediante referre vel rescribere modis omnibus debeatis et teneamini Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Medgies, die decima septima Marty Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo quinto.

Pr. Ra.

(Kivül: Vrunk eö Nga paranczollia hogi fel agiatik az Groza Ferencz perit . . . paranczoli agia fel ke . . . . . az mas felnek is paranczollia agia be feleletit tizenötödik napra.

Nagy Pál m. p.)

(A Macskási család ltárában 857 szám alatti papiron irt eredetjéből.)

### 543.

1635. márczius 20-án.

Georgius Rakoci, Dei gratia Princeps Transilvaniae partium Regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes etc. Fidelibus nostris Egregy's et Nobilibus Heliae Tot, Francisco Groza, Nicolao Gaman, Stephano Simon, Nicolao Bobik, Gregorio Muraczka, Nicolao Peika omnino de Karansebes; Item: Petro Szabo, Martino Ilosuaÿ, Stephano Somogy de Lugas, nobis dilectis, Salutem et gratiam nostram; Cum nos cum ad nonnullorum fidelium dominorum Consiliariorum nostrorum singularem nobis propterea factam intercessionem; Tum vero attentis et consideratis fidelitate, fidelibus servitÿs, Egregÿ Sigismundi Fiat de dicta Karansebes, que a primis adolescentiae temporibus, tam alÿs piaie reminiscenciae Principibus praedecessoribus videlicet nostris, quam etiam nobis et huic Regno nostro Transilvaniae in omnibus occassionibus, rebusque, et temporum

vicissitudinibus, magna sane constantia et animi synceritate exhibuit, et impendit exhibiturumque et impensurum eundem in posterum nihil dubitamus; Totalem itaque et integram possessionem *D s e n a*, cuius quidem integra dimidietas apud eundem Sigismundum *Fiat in* et pro summa quadringentorum florenorum, altera autem integra dimidietas prae manibus nobilium dominae *Sarae Margay*, *Egregy* quondam *Nicolai Gerlistei Relictae* uidue, et *Stephani ac Nicolai filiorum suorum* ex praefato altero domino et marito suo susceptorum in et pro quadringentis florenis hungaricalibus haberetur, et teneretur; in districtu *Karansebes Comitatuque Zöreniensi* existentem habitam, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, (fenetis,) syluis, nemoribus, montibus, alpibus, vallibus, vinearumque promontoriis, aquis, fluuiis, piscaturis-piscinis, aquarumque decursibus, molendinis, et eorundem, locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, memorato *Sigismundo Fiat*, ipsiusque haeredibus et posteritatibus utriusque sexus universis, in et pro specificatis octingentis, et insuper ex gratiose meritorum eiusdem intuitu (igy) nostro, ducentis florenis hungaricalibus superadditis, in toto pro mille florenorum hungaricalium justae et cURRENTIS monetae summa titulo pignoris usque ad tempus redemptionis, per nos aut successores et haeredes nostros aut alios, quorum (e szó kétszer) intererit, fiendae, mediantibus alijs literis nostris *Inscriptionalibus* superinde confectis et emanatis redemptibiliter *Saluo Jure alieno* benigne dederimus et inscripserimus, ac inpignorauerimus, *Velimusque* eundem in dominium eiusdem possessionis *D s e n a* per vos legitime facere introduci *Jure* admittente; Proinde vobis harum serie committimus et mandamus firmiter quatenus acceptis praesentibus, statim simul vel duo vestrum, sub oneribus alias in talibus observari solitis, ad facies praedictae possessionis *D s e n a* in districtu *Karansebesiensi* et *Comitatu Zöreniensi* praeallegatis existentis et adjacentis; et commetaneis eiusdem inibi legitime conuo-

catis et praesentibus accedendo ; introducatis praefatum Sigismundum Fiat in dominium eiusdem possessionis statuatisque eandem eidem, ipsiusque haeredibus et posteritatibus utriusque sexus universis, simul cum praerecensitis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, iure ipsis ex praemissa Inscriptione nostra incumbente, redemptibiliter possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint euocetis eodem ibidem Contra annotatum Sigismundum Fiat, ad djem decimum quintum, a dje huiusmodi Contradictionis eorum computando, in Curiam Nostram, nostram scilicet in praesentiam rationem de praemissa Contradictione reddituros efficacem ; Et post haec uos seriem huiusmodi Introductionis et Statutionis vestrae, vti per vos fuerit expedita, simul cum Contradictorum et Euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt, nominibus et cognominibus terminoque assignato nobis terminum ad praescriptum fide uestra mediante referre vel rescribere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Medgyes dje vigesima Martij. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quinto.

(Eredeti je a báró Fiáth család levéltárában Acta Transilvanica fasc. I<sup>mus</sup> X. Szöveg alatt pecsét.)

## 544.

1635. május 22-én.

Nos Requisiteores Literarum et Literalium Instrumentorum in Sacristia siue Conseruatorio Capituli Ecclesiae Albensis Transyluaniae repositarum et locatorum ac aliarum quarumlibet Judiciariarum deliberationum legitimorumque mandatorum Suae Illmae. Celsitudinis Executores, Damus pro memoria per praesentes. Quod Generosa Domina Aduiga Teoreok de Karansebes Relicta uidua Egregy quondan Casparis Duma de praedicta Karansebes, ab una ac Egregius Nicolaus Maczkasi filius praefatae Aduigae Teoreok de eadem Karansebes partibus ab altera, coram nobis personaliter constituti, Eadem domina Aduigha oneribus et quibuslibet grauau-

minibus vniuersorum fratrum sororum proximorum et consanguineorum suorum quos videlicet praesens infrascriptum tangeret et concerneret, tangereue, et concernere in futurum quomodolibet posset negotium super se assumptis et leuatis, matura primum intra se deliberatione praehabita sponte ac libere oraculo viuae vocis suae propriae confessa est pariter et retulit in hunc modum: Quod ipsa alto animo reuoluens vitae huius caducae incertitudinem ac breuitatem, nec non amorem et affectum, quo Genitrices erga proprios suos ex Dei naturaeque instinctu afficerentur, his et alijs certis et rationalibus de Causis ad id inducta, Totales et integras portiones suas possessionarias in possessionibus Tinko et Also Zagusen in Comitatu Zeoreniensi residentes adiacentibus habitas ac alia quaelibet bona sua tam mobilia quam immobilia puta aurum et argentum, clenodia domus supellectilia, Testamentaria dispositione dat, legat, confert, filio suo charissimo praefato Nicolao Maczkasi ipsiusque haeredibus et posteritatibus utriusque sexus Uniuersis, ne penitus ex eiusdem bonis et Juribus possessionarijs exclusus et priuatus esse censeatur spontanea voluntate tamquam legitimo successori dedit legauit contulit iure perpetuo et irreuocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, hoc tamen per expressum declarato, quod praememorata Aduiga Teoreok vita sua comite ad sustentationem usum fructuum ususque et fructus perceptionem sibi reseruet. Prout coram nobis personali sua astantia et certissima viuae vocis suae proprio eloquio fassa est. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria Tertia proxima post dominicam Exaudi. Anno Domino Millesimo Sexcentesimo Trigesimo quinto.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási család ltárában XIX. szám 618. szám. Pecséttel.)

### 545.

1635. junius 1-én.

Nos Georgius Rakoci Dei gratia princeps Transsylvaniae, partium regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes

quibus expedit vniuersis. Quod cum nos ad nonnullorum fidelium Dominorum Consiliariorum nostrorum nec non fidelis nostri Generosi Pauli Nagy de Deua, peditum praetorianorum nostrorum Capitanei supremi, districtuumque Karansebesiensis et Lugosiensis Bani, ac Egregy Francisci Josika de Karansebes, pro parte et in personis Nobilium foeminae Annae Gerlestei, Consortis eiusdem, puellarumque Catharinae Gerlestei; Magdalenae et Catharinae Peka; singularem nobis propterea factam intercessionem; Tum uero attentis et consideratis fidelitate, et fidelium seruitiorum meritis, praedicti Francisci Josika; quae ipse ab ineunte aetate, primum quidem principibus, praedecessoribus videlicet nostris, foelicis reminiscantiae, tandem nobis etiam, ab eo videlicet tempore, quo in huius regni nostri Transsylvaniae principatus euocati sumus fastigium, non parcendo laboribus et fatigys, in omnibus rebus fidei et industriae suae concreditis, iuxta suum posse summa cum animi sui constantia et alacritate exhibuit et impendit, ac in futurum etiam pariformiter exhibiturum et inpensurum ipsum fore credimus; Ut igitur ad subsequencia etiam tempora, ad seruiendum magis idoneus et habilior inueniatur; Totalem et integram portionem possessionariam, in possessione Preszaka; Comitatuque Zeoreniensi existenti et adiacenti habitam, quae alias uti liquide intelligimus Egregy condam Ladislai Gerlestei de Karansebes praefuerat; sed per mortem et defectum uirilis sexus eiusdem in nos fiscumque nostrum; consequenterque collationem, et dispositionem nostram principalem, rite et legitime deuolutam et redactam; ad praesens ex clementi annuentia nostra; ab haeredibus et posteritatibus foeminini sexus eiusdem Ladislai Gerlestei tentam et possessam; sed a nobis in ducentis talleris imperialibus emptam et recuperatam; Simul cum cunctis suis utilitatibus, et pertinentys quibuslibet, Terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis pascuis, campis, foenetis, syluis, nemoribus, montibus, uallibus, uineis, uinearumque promonthoris; Aquis, fluuys, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter uero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quouis nominis uocabulo uocitatis, ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis

ueris metis et antiquis limitibus existentibus Memoratis Francisco Josika, et Annae Gerlestei, Consorti suae; Necnon Catharinae similiter Gerlestei, Magdalenaeque et Catharinae Peka, haeredibusque et posteritatibus ipsorum uniuersis; nouae nostrae donationis titulo dedimus, donauimus et contulimus prout damus donamus et conferimus iure perpetuo et; irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, Saluo iure alieno; Harum nostrarum uigore et testimonio literarum mediante; quas nos in formam priuilegij nostri redigi faciemus dum nobis in speciae (igj) fuerint reportatae. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia die prima mensis Juny. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo quinto.

Rakocy m. p.

(Eredetije papiron a tinkovai Maoskási család ltárában fascicul XXII. Nr. 717. Szöveg alatt a fejedelmi pecsét. Olvasható ez oklevél a gyulafehérvári káptalan levéltárában is; Liber Regius XVIII. Georgii Rakoczy 50 lapján. Ott a fejedelem aláírása mellett Martinus Markos, falvi secretariusé is szerepel.)

### -546.

1636. március 16-án.

Georgius Rakoczi Dei gratia Princeps Transilvaniae, partium regni Hungariae Dominus et Sicularum Comes etc.

Egregie fidelis nobis dilecte, Salutem et gratiam nostram Adatik erteswnkre hogy mikor hűseged Sidovarat Josika Gabor hivwnk kezeben bocsiatotta, akkor vitetet volna el onnet az varbol, var szwksegere valo ezkeözeöket, vgy Pórhazhoz valo eöregh lakatot, ezen kivwl három lakatokat, negi wres eöregh hordokat, Egi ablak rud vasat, minden wvegh hazhoz valo vasakat, az also malomban valo forgo keövet, azt partrol egi vesztegh allo malom keövet, es az fundalotol ott maradot kett buza asztagot mind szalmastol, s egieb munitiokatis kik mind ezekkel eggiwt az fundalotol marattanak volt ott az varban; mellieket nem kellett volna el vinnj, es nem hogi puztitani kellett volna; Azert kegielmessen hadgiuk es serio parancsiollyukis es leuelwnket veuen, mingiarast minden elvitt munitiokat es marhakat fogiatkozás nelkwl megh adgion hűseged, errwl tőob paranchiolatunkat nem varvan, alioquin ha

megh nem adgia, mas gondviseleswnk leszen feleölle; secus non facturi. Datum in Arce nostra Szamos Uyvar die 16 Martÿ Anno Domini 1636.

G. Rakoci m. p.

(*Kivül*: Egregio Sigismundo Fiat de Karansebes eiusdem Ciuitatis Karansebesiensis Tricesimatori nostro etc. Fideli nobis dilecto.)

(Eredetije a báró Fiáth család ltárában. Zárlatán pecsét nyoma.)

### 547.

1636. márczius 29-én.

Georgius Rakoci Dei gratia Princeps Transsylvaniae, partium regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc.

Generose fidelis syncere nobis dilecte, Salutem et gratiam nostram, Vitezleo Fiatt Sigmond hivünk aggya alazatosan erteswnkre, jelentuen hogy az nehai Duma Gasparnak szerezuen ennek eleötte Tinko new faluban egy kws porcioczykatt, maga keöltzegewl ea conditione hogy holta utan rea maradna, mely mindis kett uagy harom haz Jobbagy lende, noha azon portiot Duma Gaspar nekÿs fatealt, mind azonaltal most is az felesege birna, mellyet nem akaruan Fiat Sigmond hiwnk az mÿ kegielmes parancholatunk nelkwl elfoglalni, Paranchollyuk kegielmesen, az mit az igassagh keuan, chyelekedgye azt kegielmed, seott, az mint exponal az dologh ugy leuen, azt az portiot aggya kezebenis ked Fiatt Sigmond hiwnknek, Secus non facturi. Datum in oppido nostro Déés die 29. mensis Martÿ Anno Domini 1636.

G. Rakocy m. p.

(*Kivül*: Generoso Paulo Nagy de Borsá, districtuum Lugosiensis et Karansebesiensis Bano, peditumque praetorianorum nostrorum Capitaneo supremo, et Fideli syncere nobis dilecto.)

(Eredetije a báró Fiáth család levéltárában. Zárlatán pecséttel. Acta Transilvanica fasc. V. H.)

### 548.

1636. jünius 6-án.

Georgius Rakoci Dei gratia Princeps Transsylvaniae, partium regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes etc.

Fidelibus nostris Egregÿs et nobilibus Nicolao Juul, Andreae Tiuardar, Stephano Simon seniori, Gregorie Bako, Wolfgango Josika, Nicolao Mixa, Gabrieli et Georgio Gerlestei omnino de Karansebes, Nobis dilectis, Salutem et gratiam nostram. Exponitur nobis in personis Egregiorum Francisci et Nicolai Maczkassj omnino dicta (igy) Karansebes Qualiter ipsi certo et reuera intellexissent, Quod Egregius Sigismundus Fiath de Caransebes, Tricesimator noster ejusdem Karansebesiensis, literas quasdam nostras missionales, Generosis Egregÿs et Nobilibus Supremo et Vice Banis Districtuum Lugasiensis et Karansebesiensis, ac Vice Comitibus et Judicibus Nobilium Comitatus Zöreniensis praeceptorie sonantes, a nobis pro se impetrasset ac extraxisset: quarum vigore ydem Supremi et Vice Banj, vice Comitesque et Judices Nobilium certas porciones possessionarias dictorum exponentium, in possessionibus Tinkoua <sup>1)</sup> et Also Zagusenie et Comitatu dicto Zöreniensi existentibus habitas, in rationem dicti Sigismundi Fiath occupare, ejusdemque in manus assignare vellent, in praejudicium et damnum ipsorum exponentium valde graue et manifestum. Quos vellent ydem exponentes ab executione dictarum literarum nostrarum missionalium, et portionum possessionariarum iam fatarum occupatione, et ab ipsis exponentibus abalienatione, ipsique Sigismundo Fiat assignatione, medio vestrj, legitime facere prohiberi, Jure admittente. Cum autem justa petentibus non sit denegandus assensus; Proinde vobis harum serie committimus et mandamus firmiter, quatenus acceptis praesentibus et rebus sicut praefertur stantibus et se habentibus, statim vos simul vel duo vestrum, sub onere alias in talibus obseruare solitis erga praefatos Supremum et vice Banos Districtum Lugasiensis et Caransebesiensis, et vice Comites ac Judices Nobilium praefati Comitatus Zeöreniensis, cum praesentibus accedendo, qui si personaliter reperiri poterint, eosdem ibidem personaliter, alioquin de domibus habitationum siue solitis ipsorum residentÿs, vel de bonis Juribusque eorum possessionariÿs, unde videlicet praesens ammonitio ve-

<sup>1)</sup> Az újabb kéz által irt kivonatban a levél látán: super Also Macskas es Alsó Zaguseny.

stra ad scitum ipsorum commode deuenire poterit, ammonetis eosdem ibidem dicatisque et committatis eisdem verbo nostro principali, ut ipsi ab occupatione dictarum portionum possessionariarum, nostrarumque Literarum missionalium executione supersedere debeant et teneantur. Qui si fecerit, bene quidem, alioquin Euocetis eosdem ibidem, ratione praeuia, contra annotatos exponentes, ad decimum quintum djem a die huiusmodi ammonitionis et euocationis vestre ipsis exhinc fiendae computando, in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam, rationem de praemissis reddituros efficacem. Certificando eosdem ibidem, quod siue ipsi termino in praescripto coram nobis compareant siue non, nos tamen ad partis comparantis instantiam id faciemus in praemissis quod Juris erit ordo. Et post haec vos seriem huiusmodi ammonitionis, Euocationis et Certificationis vestrae, uti per vos fuerit expedita, nobis suo modo terminum ad praefixum fide vestra mediante referre vel rescribere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restititis. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia, die sexta Junij, Anno domini Millesimo sexcentesimo Trigesimo sexto.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási család ltárában fascicul. XXII. Nr. 718. Szöveg alatt a fejedelmi pecsét.)

### 549.

1636. junius 29-én.

En Veres Ferencz Deak szorinuar megyenek hutös szolgabiraya. Adom emlekezetül mindeneknek, az kiknek illik, mostaniaknak s mind Jöuendöben leuőknek; hogj in hoc Anno Praesenti 1636 die 29 Junij Talala megh engemet, leuele altal, az nemzetes es vitezleö Huniad uarmegyeben Branczkan Lako Josika Gabor vram; miuel Fiat Sigmond vram hiuatta be uallato paranczolattal, az Sidouarj Jobagyit Tiztartayat es falubeli Birayat; mennek eö kegjelmehez Fiat Sigmond vramhoz es Intenem s' kernem is eö kegjelmet szerezettel, ha mi dolga uagion Jobagiual, Tiztartayauual es Birayaual, menne eö kegjelme oda Sidouarra, auagy az szomszed faluba Dzenara es ott uallatna megh ökört mert altalan

fogua. Karansebesben nem bocziatthattya ökö, es az Varat faluyat Pwstan nem hagyhattya, feluen ueletlen történettől; mas az hogi sem az Orszagh törüenyé, sem az vallato paran- czolat azt nem contineallya, hogi senkinek hazához menyenek ilyen messze földre az vallo személyek, hanem ha mi dolga uagion Fiat Sigmond vramnak uelek hozzon vayuodallésokat, es ott uallassa megh ökött. En Azert el menuen es Fiat Sigmond uramot, maga Karansebesben leveö hazaynal talaluan s megh mondvan eö kegielmenek az fellüül meghirt mod szerent ualo Izenetet, eö kegielme Fiat Sigmond vram azt monda en semmi vton meghnem engedem hogj be mennyenek ide az vayuodalisok hazához, mert mü eddigh vgi eltönk hogi ha ualaki uallatni akart, ide be az varosban az vayuodalisok hazához hittuk az vallo személyeket, es itt üöttek be vallasokat, en mas szokast nem czienalok köztünk; mely dolognak nagyob erössegere en is adom ez peczetes Relatoriamat fide mea mediante, Datum Anno et die supra notatis, ex Karansebes.

Idem qui supra.

(Eredetije a báró Fiáth család ltárában. Az oklevél szélén bevágott papírral fedett pecsét.)

## 550.

1638. junius 6-án.

Illustrissime Princeps Domine Domine nobis Clementissime fidelium perpetuorumque seruitiorum nostrorum in gratiam Illustrissime Celsitudinis Vestrae humilimam deuotamque semper oblationem.

Vestra clementer nouerit Illustrissima Celsitudo, Quod nos literas eiusdem Publicatorias et Introductorias seu Statutorias pro parte et in persona Generosi Domini Stephani Virginas de Varad, Causarum Vestrae Celsitudinis Fiscalium, in partibus Hungariae ditioni Transyluaniae annexis Directoris confectas et emanatas, nobisque inter alios Celsitudinis Vestrae humiles fidelesque seruitores, nominanter literis in eisdem conscriptos praeceptorie sonantes et directas, honore debitaque cum reuerentia recepimus in haec verba: Georgius Rakoczi Dei gratia Princeps Transyluaniae, partium Regni

Hungariae Dominus et Sicularum Comes etc. Fidelibus nostris Egregÿs et Nobilibus Joanni Szalardj, Michaeli Samsondi, Stephani Miskej, Blasio Szent Geörgÿ, Georgio Thoriai et Thomae Pauaj Cancellariae nostrae maioris Scribis et Juratis Notariis de Curia nostra per nos ad id specialiter transmissis, Item, Vice Comitibus et Judicibus Nobilium Comitatus Szöreniensis, nec non Francisco Groza, Petro Sirman et Heliae Toth de Karansebes nobis dilectis, Salutem et gratiam nostram. Exponitur nobis in persona fidelis nostri Egregÿ Stephani Virginas de Varad Causarum nostrarum Fiscalium in partibus Hungariae ditioni nostrae Transyluanicae annexis Directoris; Qualiter superioribus temporibus Egregio quondam Caspare Duma de Tinkova, absque haeredum utriusque sexus solatio ab hac luce sublato, vniuersa et quaelibet bona, iuraque sua possessionaria, signanter vero totalis et integra portio in dicta possessione Tinkova, et antelato Comitatu Szöreniensi existente habitata (propter mortem) et defectum seminis utriusque sexus eiusdem quondam Casparis Duma, iuxta veterem et approbatam huius regni nostri Transyluanicae morem et consuetudinem, in nos Fiscumque nostrum, rite et legitime redacta esset et condescensa; vellet igitur prefatus Director noster, mortem et defectum seminis utriusque sexus pretacti quondam Casparis Duma in facie praescriptae portionis possessionariae de more et consuetudine regni recepta, medio vestri publicari ac se ratione officÿ sui Directoratus in dominium eiusdem portionis possessionariae legitime introduci, eamque Fisco nostro statui facere, iure admittente. Proinde vobis harum serie committimus et mandamus firmiter, quatenus acceptis praesentibus, statim simul vel duo vestrum sub oneribus alias in talibus obseruari solitis ad facies praescriptae portionis possessionariae, in praescripta possessione Tinkova, et praeallegato Comitatu Szöreniensi existentis habitatae, vicinis et commetaneis eiusdem uniuersis inibi legitime conuocatis et praesentibus accedendo facta prius uti moris et consuetudinis est Publicatione, mortis et defectus seminis utriusque sexus annotati quondam Casparis Duma, introducatis antelatum Directorem nostrum in dominium praetitulatae portionis possessionariae Statuatisque eandem Fisco nostro, simul cum cunctis suis utili-

tatibus et pertinentÿs quibuslibet, si non fuerit Contradictum, Contradictores vero si qui fuerint euocetis eosdem ibidem, in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam rationem Contradictionis eorum reddituros, taliter et eo modo; ut si qui contradictorum ad praelibatam portionem possessionariam praememorati quondam Casparis Duma aliquid iuris sese habere praetenderint, id infra unius integri anni reuolutionem a die Publicationis computando, siue celebrentur interim Octauales termini siue non, literis tamen et literalibus suis instrumentis producendis, coram nobis comparere, et portionem possessionariam praenominatam, ad se se pertinere, comprobare debeant et teneantur; Certificando eosdem Contradictores ibidem, quod siue ipsi intra praenominatum anniuersariÿ terminum coram nobis compareant, iuraque sua producant, siue non, nos tamen ad instantiam Directoris nostri, id faciemus in praemissis, quod iuris huiusmodi Publicationis in Causa obseruari soliti, dictauerit ordo. Et tandem vos huiusmodi Publicationis, Introductionis seu Statutionis, Euocationisque et Certificationis seriem, simul cum Contradictorum et Euocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni et Publicationi intererunt nominibus et cognominibus, terminoque assignato, prout per uos fuerit expedienda, nobis terminum ad praedictum, fide vestra mediante, referre vel rescribere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in Faucibus V a s k a p u die tertia mensis Juny. Anno Domini Millesimo sexcentesimo Trigesimo Octauo. Et subscriptum erat: Lecta. Quibus receptis nos mandatis Celsitudinis vestrae, in omnibus prout tenemur et par est obedire et satisfacere volentes, in hoc currenti millesimo Sexcentesimo Trigesimo octauo Anno, die vera Sexta praesentis mensis Junÿ, ad facies praescriptae portionis possessionariae in antelata possessione T i n k o v a et comitatu Szöreniensi existentis habitae vicinis et commetaneis eiusdem universis, signanter autem Nobilibus Joanne Zgriba, de M o r e n c z, et Ladislao Mara similiter de M o r e n c z, Item, Prouidis Nicolao Santa, et Joanne Buda, Georgÿ Gerlesthej de dicta K a r a n s e b e s in praedicta M o r e n c z, tertio Joanne Junis Nicolai Fodor de

eadem Karansebes, in Karand, et quarto Joanne Tinkouaj Francisci Josika de saepedicta Karansebes, in antelata Tinkoua sic nuncupatis possessionibus, et praeallegato Comitatu Szöreniensi commorantibus, Egregiorum et Nobilium iobbagionibus, illis in proprÿs, his vero tam suis, quam etiam praescriptorum Dominorum suorum terrestrium nominibus et in personis inibi legittime conuocatis et praescriptis literis vestrae Celsitudinis Publicatorÿs Introductorÿs et Statutorÿs accedendo, cum iuxta earum tenores et continentias (facta prius uti moris et consuetudinis est Publicatione mortis et defectus seminis utriusque sexus annotati quondam Casparis Duma) antelatum vestrae Celsitudinis Directorem in ðominium eiusdem portionis possessionariae introducere, eamque Fisco vestrae Celsitudinis simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinentÿs quibuslibet, statuere velle notificassemus, tunc mox et in continenti in facie eiusdem portionis possessionariae Egregÿ Nicolaus et Franciscus Maczikasy de saepenominata Karansebes in proprÿs, Franciscus Josika autem, Joannis et Stephani orphanorum Egregÿ quondam Nicolai Josika omnino de antedicta Karansebes personis et nominibus eidem introductioni et Statutioni Contradictionis velamine obuierant. Ob quam quidem Contradictionem nos eosdem ibidem in curiam vestrae celsitudinis eiusdem scilicet in praesentiam (rationem) contradictionis eorum reddituros taliter et eomodo euoca(uimus, ut) ÿdem ad praelibatam portionem possessionariam dicti quondam Casparis Duma . . . si aliquid iuris se se habere praetenderint id infra unius int(egri anni) reuolutionem a die Publicationis computando, siue celebrentur (interim) octauales termini, siue non, literis tamen et literalibus instrumentis (suis) producendis, coram celsitudine uestra comparere, et praenominatam (portionem) possessionariam ad se se pertinere comprobare debeant et teneantur. Certificauimus nihilominus eosdem ibidem, quod siue ipsi intra praen(ominatum) anniversarÿ terminum coram celsitudine uestra compareant, (iuraque) sua producant, siue non, uestra tamen celsitudo, ad instantiam dicti Directoris vestrae celsitudinis, id factura est in praemissis, quod iuris huius(modi in) causa obseruari soliti dictauerit ordo. Nos itaque huiusmodi Publicationis, Introductionis,

seu Statutionis, Euocationisque et Certificationis seriem, simul cum contradictorum et Euocatorum, vicinorumque et commaneorum, qui praemissae Publicationi et Statutioni interfuerunt nominibus et cognominibus, terminoque assignato, prout per nos fui(t expedita) eidem Celsitudini vestrae terminum ad praedictum fide nostra mediante rescripsimus. Tandem quam diutissime feliciter valere . . . . petiri desiderando Datum in dicta possessione T i n k o u a Anno et die praenotato.

Eiusdem Illustrissimae celsitud. Vestrae

Humiles fideles perpetuique servitores

Blasius Szent Georgy cancellariae Vestrae Celsitudinis maioris Scriba et Jur. Notarius de Curia eiusdem, per eandem Celsitudinem vestram ad Id specialiter transmissus m. p. Franciscus Ueres Literatus de Karansebes Judex Nobilium comitatus Zeoreniensis.

(Kivül: A szokásos cím Rákoczi György fejedelemhez. Más oldalon: Anno Domini 1689. Apertae per Martinum Markosfalui, Secretarium.)

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási család ltárában, XIX. csomag, 619. szám, helyenkint kiszakadásokkal.)

## 551.

1638. augusztus 15-én.

Georgius Rakoci Dei gratia Princeps Transilvaniae, partium Regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes etc. Fidelibus nostris Uniuersis et singulis cuiuscunque status, conditionis, ordinis, honoris, gradus, officij, dignitatis, ac praeeminentiae hominibus ubiuis in ditione nostra constitutis et commorantibus; Signanter autem Judicibus et Juratis Ciuibus Ciuitatis Karansebes et oppidi nostri Lugos, praesentes nostras visuris, nobis dilectis Salutem et gratiam nostram Vitezleő Fiatt Sigmond hivünk gondviselete alat akaruan Landor Fejerru arra bizonyos szamu masa kinöseöt allá küldenj; Hadgyuk annakokaert seöt parancziollyukis minden rendebelj hiveinknek ez leuelünk latuan az keneseö ala minden helyeken adyjon elegendendeö vono marhakot, s az miben kivantatik segetseggelis legyen; Nekttek pedigh Karansebessi es Lugossi hi-

veink ex superabundanti paranciollyuk, valamikor ez leuelunkkel meghirt hívünk, auagy embere requiralnj foghja, mindgyarast szekereket, s azok elejben vono marhakat ollyakot kesziczjen, s' embereketis a melle, az kik szinten *L a n d o r F e j e r v a r i g h* mennyenek, Es miwel ot holmi egyetmastis kellettik szamunkra vasarlanio, aztis meghvaruan hozhassak visza fogyatkozas nélkül. Megh neuzet hívünknek pedigh mjnd az szekerek mellet leueö emberekkel egygyüt, minden helyeken legyen illendeö gazdalkodással kj kj birodalmunkban leueö hiveink keözül. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in Civitate nostra Alba Julia dje decima quinta mensis Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo octauo.

G. Rakocy m. p.

Martinus Markosffalui Secretar, m. p.

(Eredetije a báró Fiáth-család levéltárában. Szöveg alatt a fejedelmi pecsét. Acta Transilvanica fasc. V. L.)

## 552.

1639. julius 7-én.

My Iffiabik Gerlistei Gabor, Tiuadar Andras, Simon Lazlo, Zeiko Mihali Zeorin Varmegieben Karansebes uarosában lako nemes Zemelliek, Adgiuk emlekezetul mindeneknek az kiknek illik ez leueleonknek rendiben mostaniaknak, s mind jeouendeoben leueoknek hogj in Anno 1639. 7. die July: kulde bennunket is Zeorin varmegieben Karansebes varosaban lako Nemes Zemeli az Vitezleo Motnoki Janos, hogj mi elmenuen ugjanit Karansebes uarosaban lako Krichouai Annahoz Groza Ferencznehez, admonealnak az eo Zauaua, hogj az mint az teorueni talalta mennuk ki es mutatna megh az eleobeni vratul Zaguai Miklostul marat Jozag Portiora valo telekeket meli vadnak Almafán, Zaak Morencz Motnok Bellien Ohaba Czernota neu falukban in Comitatu Zeuoreniensi existenti. Mü azert az feliul megh irt eztendeoben es napon az megh irt Krichouai Annahoz Groza Ferencznehez elmentuk, es magat az Karansebesi hazanal hon talaltuk Zemellie zerint es admonealtuk az feliul megh irt mod zerint, hogj ez jeoueo

hetfeigh ki menien es mutassa az telekeket mert akar lezen tizen eoted napia inteze azokat mennit tezen az mint Ban vram Zekj talalta uegie fel Jegruhaiat, es az megh nevezet Jozagot az Zagiuai Portiot mert eo chiak abban Dotalissa volt ereztene kezehez. Melre mi eleoteonk ollian valazt ada hogi eo neki affele Jozaga ninczen ninczis semmi Jozagh keznel hanem az hol talal affele Jozagot, keresse fel. Meli dolognak bizonsagara mÿ is attuk ez pechietes relatoriankat fide nostra mediante. Datum in Caransebes die et Anno supra annotatis.

(Eredetije papiron a Macskási család levéltárában. 858. szám alatt. Szöveg alatt négy apró pecsét.)

### 553.

1639. september 6-án.

Nos Requisiteores Literarum et Literalium instrumentorum in sacristia siue conseruatorio capituli ecclesiae Albensis Transilvaniae repositarum et Locatorum ac aliarum quarumlibet Judiciariarum deliberationum Legitimorumque Illustrissimi Domini Principis Transilvaniae etc. Mandatorum Executores. Damus pro memoria per praesentes. Quod Generosus Sigismundus Fyatth de Karansebes ab una, ac Egregius Franciscus Groza de eadem Karansebes partibus ab altera, coram nobis personaliter constituti, Idem Franciscus Groza, oneribus et quibuslibet grauaminibus cunctorum fratrum, sororum et consanguineorum suorum, quos videlicet infrascriptum tangeret et concerneret de praesenti, vel in futurum tangere et concernere posset negocium super se assumptis, Matura prius intra se deliberacione praehabita sponte et libere oraculo vive vocis suae propriae confessus est pariter et retulit in hunc modum Quomodo ipse ingementis memoriare colligens beneficia studia multifariaque officia antefati Sigismundi Fyatth, quae ipse haud exiguo a tempore, pie et summa cum animi promptitudine erga eundem declarasset, potissimum vero Jura portionesque suas possessionarias litigiosas contra quosuis legitimos impetitores tuendo defensari et protegere maximum indefesumque laborem fatigiumque insumsisset, ac minime contem-

nendam expensarum propriarum quantitatem ad ultimam usque earum consentionem erogasset, praefudissetque volens itaque hanc eiusdem erga ipsum singularem benevolentiam, aliquo gratitudinis suae symbolo declarare; hys et alijs rationalibus de causis ad id inductus: Totales itaque et integras portiones suas possessionarias, quas videlicet inter bona Juraque Egregy Nicolai Zagiwai possessionaria ad praesens de Jure possideret ipse Franciscus Groza, in Szakul ut pote Morencz, Belien, Mottnoki, Ohaba, Cziernota, atque Almaffa sic dictis possessionibus omnino in Comitatu Szeoriniensi existentibus et habitas (excepta ea portione, quam nimirum Egregius Gabriel Kun dedisset simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet Terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris pratis pascuis campis foenetis syluis nemoribus vallibus vineis vinearumque promontorijs, aquis fluuijs piscinis piscaturis, aquarumque decursibus molendinis et eorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis ad Easdem de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, praememorato Sigismundo Fyatth ipsiusque haeredibus et posteritatibus utriusque sexus universis In et pro integrorum Mille florenorum hungaricalium bonae Justaeque ac Currentis pecuniae summa Jure Inscriptio, usque videlicet tempus redemptionis, dedisset contulisset impignorassetque irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, eo modo, quod nulli omnino fratrum sororum et consangvineorum suorum, aut aliorum quorumlibet Jus ad easdem portiones, in iamfatis possessionibus Szakul, Morencz, Belien, Mottnoki, Ohaba, Cziernota et Almafaia existentibus habitas, praetendentium; non prius, quam deposita dictorum integrorum Mille florenorum hungaricalium summa ab Eodem Sigismundo Fyatth, haeredibusque et posteritatibus eiusdem utriusque sexus uniuersis, adimere auferreque possit et valeat. Ita tamen ut praescriptae portiones, non prius nec aliter, nisi post mortem et decessum ipsius fatentis, in praefatum Sigismundum Fyatth dictasque suas posteritates Condescendant et deuoluantur possidendae simul cum praerecensitis suis utilitatibus et pertinen-

tÿs, Idem vero Franciscus Groza vita sua durante pacifice possidere queat. Prout praesenti sua fassione dedit contulit inignoravit et inscripsit Coram nobis modo praemisso, harum nostrarum vigore et testimonio Literarum mediante. Datum feria tertia proxima post festum Beati Aegidy Abbatis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Nono.

(Eredetije a b, Fiáth család Itárában. Hátán a káptalani pecséttel.)

### 554.

1639. december 3-án.

Nos Requisiteores Literarum et Literalium Instrumentorum in Sacristia sive conservatorio Capituli Ecclesiae Albensis Transilvaniae repositarum, et locatorum ac aliarum quarumlibet Judiciariarum deliberationum legittimorumque mandatorum Illustrissimi Domini Principis, Domini nostri clementissimi Executores, Damus pro memoria per praesentes Quod Generosus Egregy ac Nobiles Sigismundus Fiat de Caransebes Tricesimator loci ejusdem suae Illustrissimae Celsitudinis ab una, ac Blasius Maxai de Nyaradteo et Stephanus Borbely alias Arnolt de Mikesfalua partibus ab altera coram nobis personaliter constituti eidem oneribus et quibuslibet grauaminibus cunctorum filiorum signanter autem Francisci Maxai filiarum fratrum sororum proximorum propinquorum et consanguineorum suorum, quos videlicet praesens scriptum infra tangeret et concerneret tangereue aut concernere in futurum quomodolibet posset negotium super sese assumptis et leuatis, maturá primum intra se se deliberatione praehabita sponte ac libere oraculis viuarum vocum suarum propriarum confessi sunt, pariter et retulerunt in hunc modum; Quomodo ipsi certis quibusdam rationabilibus ysque honestis de causis compulsi, potissimum vero ex eo, quod procul a domo residentiae suae situatae esse portio sua possessionaria in possessione G a u a s d i a in Comitatu Zeoreniensi existente adjacens, eidemque portioni invigilare, Curamque gerere, commode prout deberent, minime possent, Totalem igitur et integram portionem ipsorum possessionariam in possessione G a u a s d i a exitentem, et Comitatu praefato adjacentem in et pro florenorum quadringentorum

hungaricalium et quinquaginta summa, praefato Sigismundo Fiat ipsiusque haeredibus et posteritatibus utriusque sexus Uniuersis, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, Terris scilicet Arabilibus cultis, et incultis agris, pratis, pascuis, campis, foenetis, syluis, Nemoribus, montibus, Alpibus, vepretibus, dumubus, vallibus, vineis, vinearumque promon-thorj's, aquis fluujs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, Generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis de jure et ab antiquo, ad eandem spectantibus, et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus jure perpetuo et irreuocabiliter dederunt, vendiderunt et perpetuarunt et ab alienarunt Nul-lum jus, nullamque juris et dominj proprietatem sibi ipsis haeredibusque et posteritatibus suis utriusque sexus Univer-sis, si quod et quam in praescripta portione sese aut haeredes et posteros utriusque sexus Universos habere posse sperarent amplius reseruando, sed totum et omne jus suum, omnemque juris et dominj proprietatem, in jam prememoratum Sigis-mundum Fiat haeredesque et posteritates ipsius utriusque sexus universos transferendum et transfundendum pleno jure et cum effectu unaçum literis et literalibus instrumentis et toto? omni eo jure quo ipsi possedissent; Quam superius prae-tactam quadringentorum et quinquaginta florenorum hungari-calium summam uti coram nobis oraculis uiuarum vocum suarum dixerunt Sigismundus Fiat plene ac integre deposuit, ipsi vero venditores ad sese receperunt, Insuper alia etiam jura sua possessionaria in partibus Regni Hungariae existentia toties dicto Sigismundo Fiat ipsiusque haeredibus et posteritati-bus utriusque sexus universis Assumentes nihilominus in sese, sepedicti Blasius Maxai ac Stephanus Barbely alias Arnolt, ipsorumque haeredes et posteritates utriusque sexus universi, in praescriptis bonis et juribus dictum Sigismundum Fiat, ipsius-que haeredes contra quosuis legitimos impetitores turbatores molestatores, Causidicos et Actores, proprys suis laboribus Curis fatigys et expensis, tueri, protegere et defensando conseruare, paratos semper fore, prout dederunt, vendiderunt, abalienarunt et perpetuarunt coram Nobis personalibus suis astantjs et

certissimis viuarum vocum suarum propriarum oraculis. Harum nostrarum uigore ex testimonio literarum mediante. Datum ipso die Sophoniae Prophetae <sup>1)</sup>. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Nono.

(Eredetije papiron a b. Fiát család levéltárában. Hátán pecséttel. Acta Transilvanica fascicul. III. V.)

### 555.

1640. oktober 10-án.

Illustrissime domine domine nobis semper gratiosissime.

Fidelium ac perpetuorum seruitiorum nostrorum in fauorem Illustrissimae Celsitudinis vestrae perpetuam humillimamque Commendationem Nouerit Illustrissima Celsitudo vestra nos literas eiusdem Restatutorias pariter et Executorias pro parte et in persona Egregy Gregori Tiuadar confectas, et emanatas, nobisque inter alios humilles Illustrissimae Celsitudinis vestrae Seruitores preceptorie sonantes, quas nos cum honore uti decuit recepisse Nimirum quoniam ob contradictorum Inhibitionem Statutionem totalis et integrae portionis possessionariae in possessione Brebul Comitatuque Zeoreniensi existentis habitae Egregium Gregorium Tiuadar de antelata Karansebes ex benigno Illustrissimae Celsitudinis vestrae consensu, simul cum adhibitione totius et omnis Juris regy in eadem portione possessionaria qualitercunque habiti, aut eandem Illustrissimam Celsitudinem vestram ex quibuscunque Causis vrys, modis et rationibus concerneret collationem ipsius haeredibus posteritatibus vniuersis perpetuo Juris titulo concernentis, Et quoniam idem Gregorius Tiuadar, modum legitimae Euocationis observans nobiles Gabrielem Kun, Petrum Zirman, Volphangum Buczumas de praefata Karansebes, ac Dominam Saram Gaman Consortem Egregi Nicolai Maczkassi de Karansebes, iuxta continentiam quarumdam literarum Illustrissimae Celsitudinis vestrae Introductoriarum pariter et Statutoriarum Euocatoriarum et Certificatoriarum ac Egregi

<sup>1)</sup> E nap nincs meg Knauz kortanában. Hazai okleveleinkben ritka keltezés.

Petri Giurma et nostri Nicolai Bukur deducta Karansebes superinde relatoriarum, ad decimum quintum diem, a die huiusmodi Contradictionis illorum computando in Curiam Illustrissimae Celsitudinis vestrae, Celsitudinis vestrae in praesentiam, rationem reddituros efficacem, Euocari fecisset. A quo quidem quindecimo die Causa iam adiudicata, diuersis prorogationum Cautelis in terminum elapsam videlicet primi diei Decembris Anno 1639. ad quem ut puta terminum vniuersae causae Dominorum Nobilium partium regni Hungariae ditioni Illustrissimae Celsitudinis vestrae Transilvaniae annexarum et Incorporatarum ex publica Constitutione Adiudicare, quo iam termino elapso instante die quinta eiusdem mensis Decembris, Coram Generoso Praesidente Michaelae Tholdalagi de Ercz Consiliario Illustrissimae Celsitudinis vestrae ac in Iudicys in persona Illustrissimae Celsitudinis vestrae Praesidente Capitaneoque supremo Sedium Siculicalium Maros et Vduarheli Item Prothonotario ac Juratis Sedis Illustrissimae Celsitudinis vestrae Iudiciariae Assessoribus pro faciendo Causantibus iudicio moderatiuo. In eadem sede Illustrissimae Celsitudinis vestrae Iudiciariae pro tribunali sedentibus Egregius Blasius Maxai de Niaradteo pro praefato Gregorio Tiadar ut Actore et Donatario Cum procuratorys Illustrissimae Celsitudinis vestrae literis iuxta Continentiam praescriptarum literarum Illustrissimae Celsitudinis vestrae Introducendarum, pariter et Statutoriarum superindeque relatoriarum in figura Iudicys Illustrissimae Celsitudinis vestrae Comparando contra et aduersus Gabrielem Kun Petrum Zirman et Volphangum Buczumas ac Dominam Saram Gaman Consortem Nicolai Maczkassi ueluti in Causam attractos et Contradictores uti ex literis Relatorys Petri Giurma et nostri Nicolai Bukur perspicue constat, Iudicium et Justitiam pro memorato Actore ab Illustrissima Celsitudine vestra elargiri postulasset Qui in praescripta et termino praefati Contradictoris et Incausam attracti quamuis praefatum procuratorem Actoris congruis diebus legitime . . . expectati ad reddendam de praemissis rationem Illustrissimae Celsitudinis vestrae in praesentiam, uenire uel mittere non curassent, verum sese a facie Juris Justitiaeque penitus absentasset et per hoc mediantibus

alys literis Illustrissimae Celsitudinis vestrae Judiciarys exinde confectis conuinci et aggrauari permittendo in consuetis Iudiciorum oneribus supplicans Illustrissimae Celsitudini vestrae idem praefatus procurator Actoris, ex parte Conuictorum Incausam attractorum Illustrissimam Celsitudinem vestram de praemissis Juris aequitatem Justitiaeque Complementum elargiri, Sic autem rite patent ex literis Illustrissimae Celsitudinis vestrae Introductorys, et Statutorys et relatorys Petri Giurma et nostri Nicolai Bukur portionem possessionariam id ipsum Conscriptam literis in possessione *B r e b u l* in Comitatu Zeoreniensi existentem habitam una cum praerecensitis cunctis suis vtilitatibus et pertinentys quibuslibet de Jure et ab antiquo ad eandem spectantibus et pertinere debentibus medio dictorum Petri Giurma et nostri Nicolai Bukur, sibi suisque haeredibus et posteritatibus vniuersis, ex benignae Illustrissimae Celsitudinis vestrae collatione et Inscriptione incumbente possidendam statui fecisse, ac tandem modo praemisso eidem Introductione et Statutione memorati Incausam attracti, coram specificato Petro Giurma et nobis Nicolao Bukur, in tantum in quantum eadem Statutio Juribus praeiudiciarys videretur contradixisse, ob quam Contradictionem Iidem Contradictores iuxta praescriptarum literarum Illustrissimae Celsitudinis vestrae Introductoriarum et Statutoriarum Continentiam, Contra iam fatum Actorem medio dictorum hominum ad decimum quintum diem a die huiusmodi Contradictionis ipsorum exhinc fiendae Computando in Curiam Illustrissimae Celsitudinis vestrae in presentiam rationem praemissae Contradictionis reddituros Euocatos extitisse, ab eoque decimo quinto die Causa Actoris praemissa diuersis prorogationum Cautelis in terminum iam elapsum interueniendo . . . . .ibus Judiciarys praescripti primi diei Decembris Anni 1639 iam elapsi dilatione attigisse. Eoque Istante Illustrissima Celsitudo vestra, ex parte dicti Gabrielis Kun, ratione Contradictionis suae, per alias literas Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis vestrae Adiudicatorias, Attestatorias Communis Inquisitionales aliud fecisse Iudicium, reliqui vero Contradictores, uidelicet Petrus Zirman, et Volphangus Buchumas excepto Nicolao Maczkassi qui in eadem Sede Iudiciaria elapsi iam termini superuenientes,

Coram Ill<sup>ma</sup> Celsitudine vestra personaliter constitutus praemissam Contradictionem nomine dictae Sarae Gaman Coniugis suae factam remisit et relaxauit, reliqui uero duo praefati absentes, propter non uenientiam et non Comparentiam eorum seorsim et sigillatim in tribus marcis grauis ponderis duorum loci in toto uero uiginti quatuor florenos Hungaricales constituendos in duabus Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis vestrae Judiciarÿs, in tertia uero praefati Actores partes scilicet aduersae manibus per nos denouo et persoluendos. Conuicti et aggravati, ab Ill<sup>ma</sup> Celsitudine vestra, ac praefatis Praesidente Magistrisque Prothonotarÿs ac Jurium Judiciariae Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis Uestrae Assessoribus. De quorum Consilio Ill<sup>ma</sup> Celsitudo vestra nobis serio et firmiter mandat ut acceptis praesentibus statim simul uel duo nostrum sub oneribus alias in talibus observari solitis praesentibus accedendo ad facies praelibatae portionis possessionariae in possessione Brebul Comitatuque Zeoreniensi existentis habitae vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime Conuocatis, eandem portionem possessionariam simul cum praerecensitis suis utilitatibus et pertinentÿs quibuslibet memorato Actori, suisque haeredibus et posteritatibus vniuersis, Jure sibi ex praemissa benigna collatione et Inscriptione Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis vestrae titulo perpetuitatis possidendam restitueremus et redderemus. Quibus peractis tandem ad facies vniuersorum bonorum dictorum Petri Zirman et Volphangi Buczumas In Causam attractorum et Conuictorum Jurium possessionariorum ubiuis in ditione Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis vestrae, quibuscunque Comitatus existentibus habitorum similiter vicinis et Commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime Conuocatis et praesentibus similiter accedendo, factaque primum eorundem bonorum et Jurium possessionariorum legitima reambulatione et condigna aestimatione, exclusisque portionibus aliorum quorumlibet de rebus, et bonis mobilibus eorundem Conuictorum, si quae reperiae fuerint, tot et quantum, quot uidelicet et quantum se ad valorem praescriptarum Trium marcarum grauis ponderis seorsim et sigillatim in toto uiginti quatuor florenos hungaricales facientem se extendere uidebuntur separatim excedendo occuparem et auferemus, occupataque et ablata in duabus

Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis vestrae Judiciar<sup>ys</sup> in tertia uero partibus memorati Actoris partis scilicet aduersae daremus et applicarem<sup>us</sup> et per nos ipsam partem aduersam, tam diu donec per praefatos In causam attractos et Conuictos, uel alios quorum redemptioni magis competunt in condigna aestimatione eorum redimantur titulo pignoris possidendam.

Nos itaque huiusmodi mandatis Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis vestrae uti tenemur in omnibus obedire et satisfacere cupientes. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo die decima sexta mensis Septembris ad facies praelibatae portionis possessionariae in possessione Brebul Comitatuque Zeoreniensi existentis habitae, ad domum Dragul Beka Jobagionis praedicti Gregori Tiuadar prope fluuium Pogonicz adiacentem praesentibus accedendo vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime Conuocatis ut puta Stephano Motos de Nagj Zorlencz Jobagione Stephani Simon Junioris, Martino Popecz Jobagione Nicolai Mixa Georgio Popa Jobagione Stephani Plesko, Joanne Trullia Jobagione Stephani Simon Maioris omnino Jobagionibus de Nagj Zorlencz, Martino Berzei, Radulo Bosin Jobagionibus Catharinae Tiuadar Consortis Volphangi Josika, Petro rufei Jobagione Petri Laczugh de possessione Igazo, Ladislao Tiuadar Juniore nobile de possessione Vale Kalului, Michaele Dalia, Demetrio Redan Jobagione Ladislai Tiuadar de eadem possessione Vale Kalului: Michaele Peuan Jobagione Petri Lenkauiczai, Georgio olla, Joanne Czorkusseu et altero Joanne Georgj, tertio Joanne Babun Jobagionibus Nicolai et Petri Toth de Vale Aninis, Jacobo Kalniczanul Jobagione Sarae Gaman Consorte Nicolai Maczkassi, Stephano Regaz Jobagione Stephani Mohaczi, Joanne Regaz Jobagione Kinczae Gaman Consortis Jacobi Itali, Michaele Bobul villico Iudice Sigismundi Fiat, Michaele Pekurar Jobagione Sigismundi Fiat de possessione Brebul alysq<sup>ue</sup> quam plurimis inibi legitime conuocatis, et ante illos eandem portionem possessionariam, in qua se elapsis annis se Introduci et Statui fecisset, uti ex literis Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis vestrae latissime patet simul cum praerecensitis suis vtilitatibus et pertinent<sup>ys</sup> quarumlibet memorato Actori suisque haeredibus et posteritati-

bus vniuersis Jure sibi expraemissa benigna collatione et Inscriptione Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis vestrae titulo perpetuitatis reddere et restituere vellemus, eodem supra Annotato die, ante faciem domus eiusdem Dragul Beka Jobagionis praefati Actoris, Comparuerunt coram nobis ab una parte Generosus Sigismundus Fiat Tricesimator Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis vestrae Caransebesiensis, inprimis vngarico Idiomate talem propositionem Allegans: Azt Kerdem az Actortul Tiuadar Gergelteol, Miuel magam hon nem voltam, akkor az mikor ez elmult eztendeokban Introducaltata es Statuالتata magat, az Statutioban megh irt egez portioban, hanem vrunk eo Nagjsaga zolgalataiban voltam mert eo Nagjsaga Tatar orzagban akart kuldeni, az migh en oda fel uoltam, az alat hirem akaratom nelkul Iktata magat, meli dolgot latuan az zegin megh holt felesegem Henczi Katalin, ugi kuldeót kepemben ket nemes embereket Zirman Petert es Buzumas Farkast az kik contradicaltak, Azert az minemu valaszt teottel enekem azok által monduan hogi ne Contradicallianak, mert nekem nem karomra seot haznomra uolna, mert nem tagacz ki engemet abbul az Jozagh portiobul, hanem az Compositiohoz tartod magadat, mostis kerdlek, ha ahoz az valaszt tetelhez tartode magadat auagy nem, melre Tiuadar Gergeli monda, en arra most semmi ualaszt nem adok. Hacc audiens praefatus Sigismundus Fiat, quoniam nullam relationem daret Contradicere cessit, Aiens: Contradicalok minden nemu Portiokrol, Steikuliak, Birtoniak feo kepen az Paligrad rezeekreol es egieb Portiokról az meliek az egez possessioban Brebul neu faluban uadnak: Sic Contradictione facta, idem praefatus, Actor Gregorius Tiuadar Sigismundum Fiat Euocari fecit, quem Euocauimus ad quintum decimum diem in Curiam Illustrissimae Cels. vestrae, simili modo ex alia parte eodem die praenotato Comparuit Volphangus Josika ac Stephanus Simon maior Nobiles de Caransebes in hoc Comitatu Zeoreniensi Commorantes primum tali interrogatione facta aduersus praefatum Actorem, ha az Peligrad rezben Iktatod magadat az melnek most Vrasagaban uagi, nem Contradicalunk de ha az Birthoniak rezben Iktatod, Contradicalunk, melre Tiuadar Gergeli monda nem az . . . . . paranczo . . . . tartom magamat: Mi azert az

Nagsagod kegielmes Paranczolatiat eloluasuan eleottek, azonal megh mondtuk, hogi mi mostan semmi Introducalasal Statalasal nem tereónk, hanem azt az egez portiot az kiben Stataltatta uolt, egizen magat az Actor es Contradictorok Comperéalvan mostan az Nagsagod meltosagos Tablaia eleol absentaltak magokat, es igi mostan ugian azon egez portiot akaruk az Actor kezben restitualni es Viza adni cum praerecensitis suis pertinentys Mind az altal eok az Býrtoniak rezereol Contradicaltak Josika Farkas vram maga kepeben ugi mint zalogos es az haeres kepebenis ugj mint Colosuar Varmegieben Gialuban lako Eordeogh Borka Mezaros Istuanne kepeben Contradicalt: Azon forman Eoregbik Simon Istuanis az Nenie Feier Varmegieben Pokafaluan lako nehaj Beczki Andrasne Simon Anna kepeben, az ki Tutrix Mohaczi Istuannak Contradicalt: meli megh mondot Zemelieket Josika Farkas vramat magat, es eo altala certificaluan Eordegh Borka aszont Simon Istuannal . . . tal Certificaluan Euocaltuk Beczki Andrasne Simon Anna aszontis ad decimum quintum diem Es miuelhogi Simon Istuan azon rezereol contradicalt felesege Tiudar Magdálnak . . . . tetis, Certificaltuk Simon Istuan vraltal Euocaltuk . . . . . diem. Nagsagod vduaraban kegielmes zemellie eleybe, ez alat Kun Gabor vramis protestala ez (do)logh feleol hogi teoruenben uagion az Actoral: Quibus peractis, finem imposuimus, quoniam ad bona possessionaria Conuictorum non fuimus ducti. Et post haec nos huiusmodi portionis possessionariae Restatutionis nostrae seriem Contradictorum, vicinorum et commetaneorum nominibus et Cognominibus locis et Comitatus assignatis uti per nos fuit per acta atque experta eidem Ill<sup>mae</sup> Celsitudinis vestrae fide nostra rescriptissimus. Quam Ill<sup>mam</sup> Celsitudinem vestram Deus altissimus ad uota diu feliciter Conseruare dignetur. Datum in Caransebes die 20. Octobris Anno supra annotato.

Illustrissimae Celsitudinis vestrae humilles perpetuique seruitores.

Nicolaus Juul Juratus Notarius Comitatus Zeoreniensis, ac  
Nicolaus Bukur nobiles de  
Caransebes.

(*Kivül*: Illustrissimo Domino Domino Georgio Rakoczy Dei gratia Principi Transilvaniae partium regni Hungariae Domino et Siculorum Comiti etc. Domino dno nobis semper gratiosissimo.)

(Oldalán: 1640. Aperta per Ladislaum Czehffey prothonotarium.)

(Eredetije a báró Fiáth család levéltárában. Zárlatán közös papírszelettel fedett két pecséttel zöld viaszban. Helyenkink szakadozott.)

## 556.

1640. december 6-án.

Nos Georgius Rakoczi, Dei Gratia Princeps Transilvaniae Partium Regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes. Damus pro memoria per praesentes, Quod cum ob Contradictoriam Inhibitionem Publicationis et Statutionis Totalis et integrae Portionis Possessionariae in Possessione Tinkowa Comitatuque Zerinyensi existentis habitae, per defectum seminis vtriusque sexus, iuxta veterem et approbatam huius Regni nostri Transilvaniae, et Partium Hungariae legem et consuetudinem, in nos, Fiscumque nostrum deuoluendae. Fidelis noster egregius Stephanus Wirginas de Warad, causarum nostrarum fiscalium in Partibus Regni Hungariae Ditioni Transilvanicae annexis Director noster, modum legitimae Euocationis obseruando, Egregium Nicolaum Matskasi de Karansebes, Tamquam Contradictorem et Incausam attractum, iuxta continentiam quarumdam literarum Nobilium Blasÿ Szent Györgyi Cancellariae nostrae maioris Scribae ac Jurati notarii, de Curia nostra per nos ad id specialiter transmissi, Francisci Weres Literati, de dicta Karansebes, Relatorias, alias quasdam Literas nostras Publicatorias Introductorias pariter et Statutorias, verbotenus in se repraesentantes, medio hominum nostrorum principalium, in praescriptis literis nostris Publicatoriis, Introductoriiis, et Statutoriis, specificè denotatorum, in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam Euocari curasset, Rationem Contradictoriae Inhibitionis eiusdem, intra vnus integri anni, reuolutionem, a die publicationis et statutionis praenotatae computando, efficacem redditurum. A quo quidem anniuersario termino, causa praesens diuersis prorogationum Cautelis interuenientibus, praesentem terminum Celebrationis Iudiciorum primi diei Currentis mensis Decembris, ad quem

vtputa terminum vniuersae causae Dominorum et Nobilium Partium Regni Hungariae, Ditioni nostrae Transylvanicae annexarum et incorporatarum, ex publica eorundem constitutione adiudicari solitae, per nos generaliter fuerunt prorogatae, dilatiue attigisset. Quo instante ac Nobis vnacum fidelibus nostris Generosis Michaelē Tholdalagi de Ertse, Consiliario nostro, ac in Judiciis in persona nostra Praesidenti Capita-neoque Supremo sedium siculicalium Vduarhely, et Maros: Magistris item prothonotarÿs nostris, ac Juratis sedis nostrae Iudiciariae Assessoribus, pro faciendo Iudicio moderatiuo causantibus, in eadem sede nostra Iudiciaria pro Tribunali sedentibus, Egregius Blasius Maxai de Nyaradtó pro predicto Stephano Wirginas Directore nostro, Ipso etiam personaliter adhaerente, vt Actore, ab vna, Ac Egregius Franciscus Gaal de Kenos, pro dicto Nicolao Matskasy, veluti Contradictore et in Causam attracto, partibus ab altera. Vtrinque in figura Iudicii nostri Comparentes, praefatus dicti nostri Directoris Procurator, Rationem Contradictoriae Inhibitionis per praescriptum Contradictorem, et Incausam attractum factae, dari et assignari postulauit. Quo audito praefatus Procurator dicti Incausam attracti, hanc Rationem Contradictionis assignauit; Quod Bona litigiosa ad fiscum nostrum minime essent deuoluta, eo quod nunquam is eisdem Bonis litigiosis, egregius quondam Gaspar Duma, Vitricus vtpote ipsius Contradictoris et Incatti, per cuius defectum praescripta Bona publicata, legitimus Heres fuisset, sed eadem Bona Publicata, Matskasiana, et non Casparis Duma fuissent. Ideo, per defectum eius, Tamquam Cuius Bona nunquam fuissent, impetrari nequiuissent. In cuius Comprobationem exhibuit coram nobis Literas Nobilium Requisiteorum Capituli Ecclesiae Orodien-sis super statione T i n k o w a Relatorias, in pergameno patenter confectas. Alias quasdam literas Serenissimi quondam Principis et Domini Domini Mathiae Regis Hungariae felicitis Reminiscendae Statutorias, in Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quarto, Budae feria tertia proxima ante Ascensionem Domini Confectas, in se repraesentantes. Et ob haec Condensationem eisdem Causae praefatus Procurator dicti Incatti, a Jure merito optaret. Quibus exhibitis et prae-

sentatis, ac eisdem vltro citroque agitatis, supplicarunt tandem praefatarum Partium Procuratores, per Nos, in praemissis suis Principalibus, Juris aequitatem, Justitiaequae complementum elargiri. Vnde nos habito et assumpto superinde praefatorum Praesidentis, Magistrorumque nostrorum prothonotariorum, ac Juratorum Sedis nostrae Judiciariae Assessorum, Nobiscum in discussione et examine praesentis causae Constitutorum et existentium Consilio praematuro et sana deliberatione Judicando decrevimus eo modo: Quoniam ex praedictis literis Statutoriis manifeste constabat praefatum quondam Casparem Duma, per cuius defectum praedicta Bona litigiosa, dictus Director noster publicari fecisset, nunquam in eisdem legitimum Heredem fuisse, sed eadem Bona Matskasiana fuisse; id circo causam eandem simpliciter condescensam et sopitam esse iudicando, decreuimus et commisimus, decernimusque et committimus per praesentes, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Civitate nostra Colosvár, die sexta mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.

(Husztí Andras másolata a Maczkási család ltárában, 889. szám.)

### 557.

1641. február 15-én.

Mv eoregbik Gerlistei Gabor Maczkasi Ferencz Zeorin Varmegieben Karansebes uarosaban lako Nemes Zemelliek Veres Ferencz diak Zeorin Varmegienek Zolga biraja Simon Georgi ugian Karansebesi Nemes Zemeli Adgiuk emlekezetul mindeneknek az kiknek illik ez ielen ualo Leueleonknek rendiben mostaniaknak s mind jeouendeoben leueoknek hogj mikoron mi in Anno 1641 die 15. februarii itt Zeorin Varmegieben Karansebes uarosaban az keritesen beleol Motnoki Janos hazaban leottunk uolna. Akkoron mi eleoteonk az vitezleo nemes Zemelliek itt Zeorin Varmegieben Karansebes uarosaban lako Motnoki Janos, Giurma Georgi, Giurma Janos, Zgriba Janos alias Albai, Sziluasi Andras senki kenzeritessesebeol zabad io akaratiok zerint teonnek illien vegezest es keotest az Farkassi portio Jozagh feleol ugi mint Zeorin varmegieben Szakul, Morencz, Motnok, Ohaba, Czernota,

Belyen, Almafa neu falukban, es praediumokban leueo portioik feleol, az milliek Groza alias Farkassi Ferenczreol deuoluattattanak: hogi Motnoki Janos engedgie Motnokon Almafan Morenczyen Ohaban Czernotan Belienen minden zanto kazalo feoldeiuel es pertinentiaiuual akar mi neuel neuezendeok legienek az feliuol meghirt zemellieknek Giurma Georgjnek Janosnak, Zgriba alias Albai Janosnak, Ziluassi Andrasnak es az eo telies maradekioknak az Farkassi Jozagh portioikat eppen birni perennaliter et Irreucabiliter: E conuerso megint az megh mondot Zemelliek Giurma Georgj Giurma Janos Zgriba alias Albai Janos Ziluassi Andras; Motnoki Janosnak maradekinak es tellies posteritassinak perennaliter et Irreucabiliter birni Szakul neu faluban leueo Farkassi portiot eppen valamit ott birt nehaz Groza Ferencz engettek attak annualtak modo praemisso: his demptis hogi Zgriba Janos alias Albai ualamit birt eddigh Szakul neu faluban ezutan is eodem modo et pretextu birhassa, Annak felette hogi Motnoki Janos mindenutt vthalmazni tartozek es ok Leuelekel az hol keuantatik ez feliuol megh irt Portiokert melettek lenni. Es az feliuol megh neuzet Farkassi Zemelliekis tartozzanak keoczegel Motnoki Janost segiteni es melette lenni: ha ualamelik fel penigh az vegezessen nem allana, ket zaz arani forint vinculumot teonnek egi mas keozet, hogi az megh zegeo felen megh uehesse megh alo fel mox et de facto Inhibitione, Contradictione, Repulsione nouo Iudicio Gratia Principis alysqe Iuridicis remedys non obstantibus. Kireol nagjob bizonsagara mys attuk ez pechietes Leueleonket fide nostra mediante. Datum in Caransebes die et Anno supra annotato.

Fidem qui supra.

(A Macskási levéltáraban. 863. szám alatt lévő eredetiből.)

## 558.

1641. március 15-én.

Mikik vagyunk Josika Farkas Zörinvarmegyének egyik Ispannya es Ggyuraka Lörintz Caransebes Varosanak egygyik eskwt Biraia: es Miksa Miklos, Josika Janos, Simon Georgy, Tiuardar Mihaly, Latzug Miklos Zörin Varmegyeben

Caransebes varosaban lako nemes személyek: Adgyuk tudtara mindeneknek az kiknek illik az mi Leuelunknek rendiben mostaniaknak s mind iövendöben leuöknek hogy in hoc Anno 1641, die vero 15 Martÿ mikoron mi ielen löttünk volna Caransebes varosaban Macskasi Miklos vram hazaban, akkoron mi elöttünk Gaman Sara Maczkasi Miklosne Azzonyom, es Tiuardar Gergely vram illyen örökke valo Contractust auagy Concambiumot tövenek. Gaman Sara Matskasi Miklosne adgya es vallya Zörin varmegyeben P o g o n i t s videken B r e b u l nevü faluban leuó Portio resz ioszagat, akarmi nevel neueztessek legyen vgymint annak az Birtaiak reszenek, az kit Mohatsi Istvan aruaiaual Mohacsi Istokval eddig egyenlökeppen birtak, annak az resznek az hason felet adgya Gaman Sara Azzony Tiuardar Gergely uramnak, es az ö tellyes maradekinak örökben, in super az mely Jobbagya Gaman Sara aszszonye magae volt, az kit nehaj Duma Gaspar testamontomban hagyot volt neki, Kelnicstan Jakabot specificatim oda engede es oda adá. Annak utanna az három örökös Jobbagyi közzül egygyiket; tudniillik egygyik Stefan Regaz, az masik Janos Kernetsanul, az harmadik az ki Stefannal egy hazban lakik (itt az oklevélben egy hüvelyket meghaladó beiratlan hely) mikoron fel oszttyak az három iobbagy közzül hasonfelet adgya mezeivel, szanto kazalo földeivel, hauasaiual, hegyeivel halas vizeiuvel, malomhelyeivel, telkeivel, minden pertinentiaival; Ezekről az specificalt dolgokrol Gaman Sara Aszszony minden törvény szerint valo Conturbatorok ellen. Viszontag Tiuardar Gergely vram adgya es vallya örökben Gaman Sara Azzonynak es maradekinak, tudniillik egy szölöt Parlaggal egygywt az T ű s i hegyen, melynek napkelet felöl az varosnak közönseges uttya, Delfelöl az Nedesdi Miklos szöloie, napnyugat felöl ismet az varosnak közönseges uttya, Ezakfelöl ugyan Gaman sara Matskasi Miklosne szöleie. Item adot S u p a n Zörin varmegyeben Caransebes Districtusaban egy telket, mely telek Dumitru Hetzaganul telke volt, mely azelottis Macskasi Petere Macskasi Miklos vram attyae volt. Item T o p l i c z a hataraban ugyan Szörin varmegyeben kett földet az kis Groza Ferentztül cserelt volt örökösön, es minden Conturbatorok ellen euictiot veszen magara. Item kett iobbagyot Zö-

rin varmegyeben *Macska*s nevü faluban Peter Tihult, es ismet Petert Tihul sogorat, ezek felölis euictiot veszen magara hogyha mas nemes ember ala menne valamellyiek az ő kegielme helyeröl, tehat tartozik Tiuadar Gergely vram euictalni Gaman Sara Aszszonyt, es ha vissza nem adná, auagy nem adhatna, tehat tartozik Tiuadar Gergely vram mas hasonlo örökös Jobbagyot adni erette. Item ezek mellet ismet ad Tiuadar Gergely Vram Gaman Saranak tudniillik kett iobbagy telket, *Macsoua* nevü faluban egygyiket, masikat also *Obrisian*, es az szerint adgya az mint az *Zalagos Leuelsonal*, aual az ereivel az mint Gaman Miklos kötötte neki nyoltzvan forintig, es veszen ezekről Tiuadar Gergely vram euictiot hogyha nem euictalhatna Gaman Sara Azzonyt es maradekit, tehat adgyon Tiuadar Gergely Uram nyoltzvan forintot in paratis pecuniis: Az többit örökben adgya Tiuadar Gergely Uram Gaman Sara Aszszonynak furol fiura, maradekirol, maradekira irreuocabiliter, tudniillik erdeivel, mezeivel, szanto kaszalo földelivel, akarmi nevel neveztenessenek. Ezeknek pedig megtartasara kötenek egymas között szaz forint vinculomot, hogy az meg nem allo felen meguehesse az megallo fell ez Leuelnek ereivel az szaz forintot, es semmi nemü törvénybeli *Remediummal* ne elhessen az ellen, sem *novum-mal*, se *Contradictioval*, se *inhibitioval*, se *repulsioval*, se *gratie Principis*. Es ha egygyik az masikat nem akarna euictalni az ioszagban as *Conturbatorok* ellen: ha pedig akarna az szaz forint *Executio* ellen valamellyik fel obuialni *Calumnian* maradgyon erette. Mely dolognak nagyob bizonsagara adgyuk mÿs az mi peesetünkvel *Confirmaltatott leuelünket* mind az ket felnek *fide nostra* mediante. Datum in Caransebes anno et die supra notatis.

Iidem qui supra.

(P. H.)	(P. H.)	(P. H.)	(P. H.)
Vol. Josika	Giurak loerinc	Nicolaus Mixa	Joannes Josika
m. p.	m. p.	m. p.	m. p.
(P. H.)	(P. H.)	(P. H.)	
Gyorgiu Simon	Michael Tivadar	Nicolaus Laczug	
m. p.	m. p.	m. p.	

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási-család ltárában XXII. csomag, 724 szám. Az aláírások eredetiben mind egy sorban vannak, fölöttük az apró pecsétek, melyek közül némelyik, mint például Miksa Miklósé, Laczug Miklósé gyönyörű római gemmát mutatnak. A pecsétek az oklevél két lapját összefoglalják.)

### 559.

1641. június 7-én.

Nos Requisiteores literarum et literalium instrumentorum in Sacristia siue Conseruatorio Conuentus Monasterij B. M. Virginis de Colosmonostra repositarum et locatorum, ac quarumlibet Judiciararum deliberationum legitimorumque, mandatorum principales Executores etc. Damus pro memoria per praesentes Quod Egregius Joannes Motnoki de Karansebes, coram nobis personaliter constitutus, per modum solennis protestationis significauit in hunc modum. Qualiter diebus superioribus totales et integras portiones suas possessionarias, in Possessionibus Almafa, Szák, Morencz, Belien, Motnok, Czernota, et Ohaba, omnino in Comitatu Zeoreniensi existentes habitas, vulgo Zagyway resz nuncupatas, ex benigno praeitulati Illustrissimi Domini Principis mandato, per defectum seminis Egregy quondam Nicolai Zagyway de dicta Karansebes, lineam Consanguinitatis ipsius solius concernentes, sequestrare voluissent, cui quidem sequestrationi licet tunc inibi Inhibitione obuiatum extitisset: nihilominus tamen ipse idem D. Princeps, denuo ac ex nouo, se sequestraturum pronuntiasset damno et praeiudicio ipsius protestantis manifesto. Et quia huiusmodi bonorum dominium post decessum eiusdem Nicolai Zagyway, bono et ab antiquo obseruato regni Jure in familiam, Generationemque Motnokianam condescendere debuisset, super quo ad mandatum Eiusdem Illustris suae Celsitudinis literas etiam, et literalia Instrumenta in loco credibili, in conspectu videlicet nostro, veram et legitimam successionem suam comprobaturus produxisset Facta igitur huiusmodi protestatione idem Joannes Motnoki, significauit coram nobis, totum et omne Jus suum, in praescriptis bonis habitum, nunc et in posterum quoque pro se rehaeri, nec alteri cuiquam maxime vero extraneo, concedere velle, quin repulsionis etiam remedio

vti velle: ita tamen si eadem sua Illustris Celsitudo absque reuisione literarum praedictarum sequestrationem honorum celebrari facere vellet, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria sexta proxima post Dominicam secundam Trinitatis. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo primo.

(A Macskási család ltárában, 860. szám alatt, papíron irt eredetijéből.)

### 560.

1641. november 16-án.

Illustrissime Princeps Domine Domine nobis Clementissime Seruitiorum nostrorum paratissimam Commendationem

Az szent Isten Nagysagodat minden Keuansaga szerent ualo iokkal, io egesseggel folio boldogh hosszu elettel algya megh.

Kegyelmes Urunk hoza mü nekünk szörinuarmegyeben Karansebes uarosaban lako uitezleö Laczugh Miklos, az Nagysagod kegyelmes Paranczolattyat, melinek tenora igi köuetkezik.

Georgius Rakoci Dei gratia, Princeps Transsylvaniae Partium regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes, Fidelibus nostris Egregiis, et nobilibus Vice Comitibus Judicibus Nobilibus Caeterisque Juratis Assessoribus sedriae Comitatus szoriniensis, nobis dilectis Salutem et gratiam nostram Exponitur nobis in persona Egregii Nicolai Laczugh de Karansebes, Qualiter Literae et Literalia Instrumenta factum totalium et Integrarum possessonum Pogonicz, Ohaba, Danilesd, Apagya, et Igazo, in Comitatu uero (Szöreniensi elmaradt) existentium tangentia et concernentia, Signanter autem Donationales, Statutorias ac superin- (igy) Relatorias cum praesens prae manibus nobilis foeminae Dorotheae Lazar, Egregii quondam Petri Laczugh de Karansebes, relictæ Viduae extiterent, et haberentur. Cum autem Conseruatio earundem Literarum eundem exponentem tangeret et concerneret, pro Jurium etiam suorum tuitione ad praesens summae (igy) Indigeret, essetque necessaria. Ob hoc uellet, Idem exponens, a

praefata Domina Dorotthia Lazar Uniuersas Literas prae manibus suis habitas, Praescriptas uidelicet possessiones tangentes et concernentes, medio uestri pro se repetere, et reuadere, Jure admittente; Proinde uobis harum serie Comittimus et Mandamus firmiter, quatenus receptis presentibus, uos statim simul uel duo uestrum, sub oneribus alias in talibus obseruare solitis erga Praefatam Dorotthiam Lazar cum praesente accedendo quae si personaliter reperiri poterit eandem Ibidem personaliter, alioquin de Domo habitationis siue solita sua residentia uel de bonis et Juribus suis possessionariis unde uidelicet haec Ammonitio uestra ad scitum suum Commode deuenire poterit Ammoneatis eandem Ibidem dicatisque et Commitatis eodem uerbo nostro ut ipsa uniuersas literas, si quas praemanibus suis haberet, facta uidelicet Antelatarum possessionum tangentia et concernentia, signanter uero Literas Donationales statutorias et superinde Relatorias eodem exponenti extradare debeat, et teneatur. Quae si faecerit (így) bene quidem alioquin euocetis eandem Ibidem, ratione non obseruationis huiusmodi Mandati nostri, legitime ad decimum quintum diem a die huiusmodi euocationis uestrae ipsi exhinc fiendae, Computando iuxta brevium iudiciorum processum, in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam rationem de praemissis reddituram efficacem, Certificando nihilominus eandem Ibidem quod siue ipsa termino in praescripto modo praedeclarato Coram nobis compareat, siue non, nos tamen parti ad Comparentis Instantiam id faciemus in praemissis quod Juris dictauerit ordo; Et post haec nos seriem huiusmodi Ammonitionis Euocationis et Certificationis uestrae, ut per uos fuerit Expediens nobis suo modo, terminum ad praedictum, fide uestra Mediante, referre et rescribere modis omnibus debeatis et teneamini, secus non facturi praesentibus perlectis Exhibenti restitutis, Datum in Ciuitate nostra Medgyes die uigesima octaua mensis Octobris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quadragesimo primo.

Mw azert kegyelmes Urunk nagy engedelmességgel ueuen az Nagysagod kegyelmes Paranczolattyat, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quadragesimo Primo: Decima mensis Nouembris. Elmentünk az Nagysagod kegyelmes Paranczolattyauál Szörinuar megyeben Karansebes uarossaban lako nehay

Laczugh Peter megh hagyatot Özüegyehöz Lazar Dorotthia aszonihoz, es ugyan Szörinuarmegyeben Karansebes varossaban az maga hazanal talaluan Lazar Dorotthia aszont, kértük az Nagysagod kegyelmes Paranczolattianak continentiaya szerint, az P o g o n i c z, O h a b a, D a n i l e s d, A p a g y a es I g a z o new falukrol ualo leueleket ugi mint Donatiokat Statutiokat es azokrol valo relatoriakat, meli faluk ezen szörinuarmegyeben P o g o n i c z uideken uadnak; Lazar Dorotthia aszoni azert az nehay Laczugh Peterne ada illyen ualazt, hogj eztendeigh es harom napigh; nem tartozik senkinek semmiről semmi ualazt adni. Mü azert ugyan akkor mingyart; az Nagysagod kegyelmes Paranczolattya szerent, Euocaltuk az megh neuzet nehay Laczugh Peter özüegyehöz Lazar Dorotthia aszont, ad Decimum quintum diem az Nagysagod Meltosagos Tablayara, Laczugh Miklos neuueel, az felliuol megh Irt falukrol, ugi mint P o g o n i c z O h a b a D a n i l e s d A p a g y a I g a z o new falukrol valo leueleknek Donatioknak, Statutoriaknak es azokrol ualo Relatoriaknak, megh nem adasaert, Certificaluan, hogj uagi leszen jelen uagj nem, de akkor, törüeni szolgaltatik köztök; Meli dolgot mü Nagysagodnak mint kegyelmes Urunknak fide nostra mediante Irtunk megh, es peczetünk alat Nagysagodnak fel küldöttük Tarcza megh Isten Nagysagodat sok eztendeigh io egessegben bodogul. Datum in Karansebes, die 16. novembris Anno supra notato.

Illustrimae Celsitudinis uestrae

Humiles perpetuique seruitores

Franciscus Veres Judex nobilium Comitatus Zoriniensis  
et Georgius Gerlestey, nobilis de Karansebes et Assessor sedis  
Judiciariae Comitatus Szoriniensis, m. p.

(Kivül: Illustrissimo Principi Domino Domino Georgio Rakoci Dei gratia Principi Transsilvaniae Partium Regni Hungariae Domino, et Sicularum Comiti etc. dno Dno nobis semper gratiosissimo.)

(Apertae per Stephanum Kassai prothonotarium. Az oklevél szélén két apró zöld pecsét.)

(Eredetije papiron a kolosmonostori Convent Itárában. Cista Cottus Zeören. Nr. 1.)

## 561.

1642. december 18-án.

3<sup>to</sup> Die zu obbesagten Gebäu der Bischöffen residenz, Kirchen, und Kloster erforderliche Geldmittel anbelanget, haben Wir weithers gnädigst resolviret, dass solche aus denen nach dem Todtfahl des Verstorbenen Groszwardeiner Bischöffen Lusinski bis zur Zeit der Beschehenden installation deszselben gefolgtten Successoris eingegangenen Bischöfflichen proventen: wie auch von der Verlaszenschafft des lezt Verstorbenen Bischöffens Okoliczani, und wass noch weithers Sede vacante daraus eingegangen ist, nach weitherer disposition unserer Bancalität Bestritten, vor allem aber mit der Kirchen Bischöffe residenz, und Kloster-Gebäu unter obsicht immetens, obbesagten Csanader Bischöffens falkenstein, hernachmahls aber des neu ernennenden Bischöffens graeci Ritus, und des Benachbahrten Cameral Officiantens / deme die Cassa der hierzu destinirten gelderen anzuvertrauen, folglichen auch durch disen diegezimbende Rechnung zu führen ist, der Anfang gemacht, Vorläuffig auch ein ordentlichen Risz, und überschlag diszes Gebäues, und deme darzu erforderlichen ohnkösten Verfasset und zur weithere approbation zu handen unseres Hof-Kriegs-Raths- und Hof Cammer eingeschücket indessen aber Bisz zu derselben Vollkommenen herstellung ein anderes haus für besagten Bischöffen in Bestand genohmen, und zugerichtet werden solle,

4<sup>o</sup> werden disen neu Bestellten unirtten Bischöffen pro mensa Episcopali Jährl. zwey Tausent gulden nebst deme, dasz Er von einem Jeden seiner unirtten Pfarreren titulo Chadetratici Jähr. einen Gulden abforderen könne, und dann zur Sustentation deren für jezo angetragenen Acht Monachorum ins gesambt Tausent gulden und ferners pro Alumnio fünf hundert Gulden Jähr. ausgesetzet dergestalten, dasz nachdeme die von denen obbenannten vacant gewestten Bistum-

ben dem aerario zugekommen: und Beyläuffig bisz Vierzig Tausent Gulden Betragenden Summen zu Bestreitung der Kirchen und Kloster-gebäu nach Erfordernus- und disposition unserer universal- Bancalität gewidmet, das Jennige, wasz zur jährlichen unterhaltung diser fundation noch erforderlich, ex Cassa Parochali in specie pro mensa Episcopali Tausend, die anderen Tausend Gulden aber, und ingleichen die pro Monachis: und Alumnis obgedachter massen resolvirten Ein Tausent fünf hundert gulden von unseren aerario Beytragen, ersterwehnte ab aerario Bey Tragende 2500 fl. aber zu mehrerer sicherheit und Stabilität auf die in unseren Königreich Hungarn von den Provisorat zu Tockheÿ Jenseiths der Theisz dependirende possessionis Benantlichen Monostor-Palÿ, Püspöck, Ladanÿ, Teglas, Vencselo, Rakomaz, Timar, Balsa, Korad; Bód, dann Beide portiones Nadudvar- und Szovat, mit denen Praedy's Teder, Böcken, und Hort, alsz einem fundo immobili inscribiret, und Hypothecarie Versichert, also zwar, dasz im fahl dem Bischoff, und daszige Geistlichkeit deren ausgesetzten Jährl. Foundations-quota, so quartaliter, oder wenigstens Jährlich â dato denominationis des neuen Bischoffens- und respective â dato der einführung deren Monachorum in das Kloster aus der Töckhajer Provisorat-Cassa, oder von jedem Zeitlichen Arrendatore desselben abzuführen seÿnd, nicht ordentlich in bahren abgeföhret wurde, selbte die Betragnus des Rückstandes aus obigen pro speciali hÿpotheca diszfahls Verschriebenem Fiscal-Gütheren absque longiori Juris Processu zu erheben Befuget, und zu solchem Ende von dem Judice ordinario die parate Execution zugestanden auch darüber das erforderliche Foundations-Diploma durch unsere Hungarische Hof-Canzley ausgefertigt werden sollen; was aber

5to dasz Personale- und die Benennung eines daselbstigen unirten Bischoffens, und deren Monachorum Betrifft, Euch diszfahls demnächsten das weithere Bekandt gemacht werden wird: da Beynebst auch zu weitherer promovirung dieser union für jene Pfarrer Graeci ritûs, welche sothanen union ampletiren, oder profetiren, und in der union mit der katholischen Kirchen ein Pfarrey unter diser neuen ausgewiszenen

Bischofflichen Dioeces würrklich Versehen werden, pro congrua jedwedem Jährle<sup>e</sup> hundert gulden ex cassa Parochorum abzuraichen, ausgesezet worden ist; und dises zwar, so vill die Bestellung eines neuen Bischoffens und Klosters Graeci Ritus unitorum in der Csanader Dioeces anbetrifft;

(Exmissis exmittendis Caetera Episcopatum Csanád. attinent.)

(Brevis extractus rescripti caesarei. Carolus III. in Banatu mandat erigi Eppatum Graeci Ritus unitorum cui annue resolvit 2000 f. Item 8 Basilitas cum 1000 f. Item 12 Iuvenes annue 500 f. Hi Basilitae quasi Canonici Eppo inservient, doceant, juventutem instruant. Residentia Moldovae v. Ujpalankae una cum Seminario aedificetur ex fundo, defuncti Eppi Magno Varadiensis, et ejus relicta substantia. Interim autem domus interimalis Eppo unito assignetur. Pro hypotheca autem conservationis hujus foundationis deponuntur 10. circiter pagi ad Tokainum. Item cuilibet Parcho unito 100 f.)

### 585.

1853. november 26-án.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei Ad Perpetuam Rei Memoriam Apostolicum Ministerium humilitati Nostre Divina Providentia concreditum requirit atque exigit ut que nimis late patent per Catholicum Orbem Dieceses arctioribus illas circum scribamur limitibus novasque exinde erigamus ut novis earatione constitutis pastoribus spirituali Christifidelium regimini opportunius consultum sit. Id vero pro gente Romanorum greci ritus Catholici in Transylvania degentium prestandum Nobis videtur impensius quo majori in Discrimine iidem versantur eterno salutis ob insidias artesque Schismaticorum quibus undique septi sunt Quapropter ad eosdem in unitate Catholice fidei et conjunctione cum Romana Ecclesia confirmandos in qua integra est Christiane Religionis et perfecta soliditas preter Episcopalem Sedem Armenopolitanam greci ritus Catholici Uniti quam per Similes Nostras hoc ipso Die datas Apostolicas Litteras instituimus alteram ejusdem ritus Episcopalem Ecclesiam erigere decrevimus que ex pareicis nonnullis partim ex Diecesi Fogarasiensi partim vero ex Diecesi Magno Varadinensi dismembrandis constare debeat Sedem vero Episcopalem nove hujus Diecesis constituendam censuimus in Civitate Lugasiensi

que satis ampla ac decora assurgit in Banatu Temesiensi Itaque precibus annuere volentes Carissimi in Christo Filii Nostri Francisci Josephi hoc nomine Primi Austrie Imperatoris Bohemie et Hungarie Regis Apostolici qui desideris inherens omnium Hungarie Regis Episcoporum ac studio flagrans catholice fidei inter Populos sue ditioni subditos firmande ac provehende Episcopatus hujus erectionem a Nobis flagitavit acceptoque utriusque Antistitis Fogarasiensis et Magno Varadinensis libero consensu nec non de consilio peculiaris Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sancte Romane Ecclesie Cardinalium quibus hujusmodi Negotium examinandum demandavimus ad majorem Omnipotentis Dei Gloriam ad Catholice fidei propagationem et spiritualium Christifidelium Romanorum utilitatem Motu proprio certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolice Auctoritatis plenitudine Civitatem Lugasiensem a Diecesi Magno-Varadinensi cui subjecta adhuc fuit Apostolica Auctoritate perpetuo sejungimus atque avellimus eamque ad Civitatis Episcopalis titulum honoremque attollimus et evehimus ibique Episcopalem Sedem et Dignitatem Lugasiensem simili Auctoritate etiam perpetuo erigimus et constituimus cum omnibus et singulis juribus privilegiis prerogativis exemptionibus non tamen oneroso titulo acquisitis quibus relique Civitates sub dominio laudati Hungarie et Bohemie Regis Apostolici pontificali sede greci ritus Catholici uniti decorate fruuntur earumque Cives utuntur et gaudent Nunc ad statuendum nove hujus Lugosiensis Ecclesie territorium previo libero consensu quem Venerabilis etiam frater Noster Alexander Sterka Sulutio presens Episcopus Fogarasiensis de Consilio Episcopalis sui Presbyterii seu Capituli Nobis per Suas Litteras prestitit ab eisdem Diecesi sequentes matrices parecias earumque filiales separamus et dismembramus juxta Cathalogum ab eodem Alexandro Antistiti transmissum nimirum ex Districtu Diaconali Hatzegiensi parecias matrices cum suis filialibus septuaginta et cum animabus Viginti septem Mille Biscentum Quinquaginta tribus — ex Valle Sill decem et novem cum animabus Bis Mille Octingentis et Quadraginta Duabus — ex Districtu Archidiaconali Babolnensi Sexdecim cum animabus Mille Se-

ptingentis Octoginta quatuor — ex Districtu Archidiaconali Kudsirensi sexdecim cum animabus Quatuor Mille quatuor Centum Septuaginta quatuor — ex Districtu Archidiaconali V. Hunyadiensi Vigintisex cum animabus Bis Mille Quingentis Viginti et Una — demum ex districtu Archidiaconali Bistraensi quatuordecim cum animabus Tercentum triginta septem — Quas quidem omnes parecias tum matrices tum filiales cum suis civitatibus oppidis pagis prediis aliisque omnibus adnexis a Diecesi Fogarasiensi illiusque Antistitis spirituali jurisdictioni subtractas nove Diecesi Lugosiensi in perpetuum quoque pari Apostolica Auctoritate adsignamus addicimus ejusque futuri et pro tempore existentis Episcopi spirituali potestate ac jurisdictioni plene subicimus — Item previa libera resignatione quam de consilio Presbyterii Sui per Suas Litteras Nobis exhibuit Venerabilis etiam frater Noster Basilius Erdeley presens Episcopus Magno-Varadinensis sequentes Parecias tam matrices quam filiales juxta Cathalogum ob eodem Antistite transmissum Auctoritate Apostolica a Diecesi Magno-Varadinensi disjungimus ac dismembramus nimirum pareciam nuncupatam Budincz cum quatuor filialibus complectentem animas Tercentum Viginti quinque — Csukics cum sua filiali continentem animas Quingentas viginti — Egres cum quinque filialibus et animabus Sexcentum Octoginta sex — Folya Gerlistye Jezvin cum duabus filialibus et animabus Centum Octoginta quinque — Illadia cum novem filialibus et animabus Noningentis viginti — Kernecsza Kizdiu cum undecim filialibus et animabus Mille Tercentum septuaginta sex — Lugos cum sexdecim filialibus et animabus Mille tercentum Quadringinta Octo — Nagy Kastely cum duabus filialibus et animabus Sexcentum undecim — Nagy Zorlencz Reschicza cum septem filialibus et animabus Tercentum Quadringinta duabus — Szekas cum duabus filialibus et animabus Biscentum sexaginta quatuor — Szlatina cum quatuor filialibus et animabus Quingentis Tringinta duabus — Temes Fabrica cum Sexdecim Filialibus et animabus Quatuor Centum Nonaginta septem — Vetero Aradinum cum filialibus undecim et animabus Bismille et Quadringinta quinque — Zabrány cum tredecim filialibus et animabus Quingentis viginti quinque

— denique Zgribesd Zsebely Bogschan cum animabus Mille et Septuaginta novem — Quas omnes recensitas parecias matricas cum suis filialibus a Diecesi Magno-Varadinensi disjunctas ac Dismembratas cum suis civitatibus oppidis pagis prediis allodiis aliisque omnibus adnexis noue huic Lugosiensi Diecesi eadem Apostolica Auctoritate pariter in perpetuum attribuimus addicimus ejusque pro tempore existentis Episcopi spirituali jurisdictioni omnino subjcimus Insuper Ecclesias omnes Monasteria, Conventus Incolas et Personas quascumque utriusque sexus et cujusvis conditionis gradus et ordinis que ritum Grecum Catholicum et unitatem sequuntur queque in superius memoratis pareciis sive matricibus sive filialibus degunt a jurisdictione Antistitum tum Fogarasiensis tum Magno-Varadinensis prorsus eximimus easque sic exemptas novo Lugosiensi Episcopo ejusque in perpetuum successoribus simili Apostolica Auctoritate attribuimus eorumque spirituali potestate subjcimus ac subjectas declaramus. Jam vero Ecclesiam que magnis sumptibus in Civitate Lugosiensi extracta est queque Spiritui sancto consecranda nonnisi aliqua interna extractione adhuc indiget cui Imperiale Gubernium supremam illico manum imponere spondit in Episcopalem Catedralem Ecclesiam sub eodem titulo ritus greci catholici uniti perpetuo item Apostolica Auctoritate instituimus eadem forma et modo iisdemque insigniis et privilegiis quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae ejusdem ritus ab Apostolica sede in Hungarie Regno alias erectae potiuntur et gaudent cum Episcopali omnimoda jurisdictione in Romanos omnes greci ritus Catholici uniti aliosque qui eosdem ritus et unionem sequuntur sive in predicta civitate Lugosiensi sive in aliis locis terrisque existentes quas a Diecesibus Fogarasiensi et Magno-Varadinensi ut supra dismembravimus noveque Diecesi Lugosiensi attribuimus Pro dote autem Episcopalis mense Lugosiensis ut novus Antistes Legitimique illius successores suam tueri dignitatem possint summam annuam adsignamus Decem Millium florenorum monete argenteae Viennensis et publico Gubernii Imperialis erario quotannis solvendam quemadmodum memoratus Franciscus Josephus Imperator ac Rex pollicitus est Quamprimum tamen bona stabilia ab Imperiali eodem gubernio juxta datam

sponsonem adsignanda erunt quorum redditus memoratam decem Millium florenorum summam exequent ab Episcopo pro tempore existenti singulis annis libere percipiendam ut ea ratione firme ac stabili mense Episcopalis dotationi provideatur Quum vero nondum extent Cathedrali Ecclesie Edes attiguae pro decenti et congrua habitatione Lugosiensis Antistitis nec non pro ejus Presbyterio seu Capitulo idcirco Imperiale Gubernium huic in commodo occuret impensa sua prout sponsum ab illo est donec novis vel erectis vel statutis Edibus easdem memoratum Gubernium pro residentia Episcopi et Presbyterii libere adsignet quas Nos jam nun dicto Antistiti ejusdemque successoribus et Presbyterio in perpetuum addicimus et apropiamus Porro quo facilius et promptius Lugosiensis Antistes Episcopalia munia exequi possit in superius adsignata Cathedrali Ecclesie perpetuo similiter instituimus Presbyterium seu Capitulum quod omnibus juribus honoribus privilegiis prerogativis exemptionibus fruatur quibus cetera Episcopalia Sedium greci ritus Catholici uniti Presbyteria potiuntur dummodo oneroso titulo vel particulari aliqua concessione non fuerint comparata Hujusmodi autem Presbyterium constabit ex Archipresbytero sui ab Imperiali Gubernio annuatim penduntur floreni Viennenses Mille et Octingenti ex Archidiacono cui solventur quotannis floreni Mille et Sexcentum ex Ecclesiarcha qui percipiet quotannis florenos Mille et Quatuor centum ex Scholiarcha qui percipiet singulis annis florenos Mille et tercentos ex Chartophilace cui quotannis penduntur floreni Mille et biscentum denique ex Prebendato quem Episcopus Presbyterii servitio peculiariter adducit quique propterea ab Imperiali gubernio florenos Mille quotannis percipiet Insuper pro expensis Cancellarie Episcopalis nec non pro servandis Edibus Episcopalibus et Presbyterii pro Sacrario Cathedralis Ecclesie ejusdemque Ecclesie cultu et fabrice tuitione continuo prout promisit impensis suis occuret Imperiale Gubernium donec stabilibus bonis adsignatis certi ac stabiles redditus pro rei gravitate et necessitate attribuantur Jam vero ita per Nos erectam et constitutam Episcopalem Lugosiensem Ecclesiam ab Archiepiscopi Strigoniensis Metropolitico jure de ipsius etiam Antistitis consensu libere prestito dicta Auctori-

tate exemptam declaramus eamque Ecclesie Fogarasiensis et Albe Juliensis per Similes Nostras hoc ipso die datas Apostolicas Litteras ad Archiepiscopalis Sedis honorem atque Auctoritatem evedte sufraganeam esse statuimus et mandamus cum omnibus honoribus privilegiis prerogativis non tamen oneroso titulo acquisitis quibus alie similes ritus greci catholici uniti sufraganeae Ecclesie in Regno Hungarico constitute fruuntur et gaudent Preterea Episcopis Lugosiensibus dicti ritus pro tempore existentibus precipimus ut ipsi singulis quadrienniis ad Congregationem Venerabilium pariter Fratrum Nostrorum Sancte Romane Ecclesie Cardinalium propagande fidei prepositam Sue Diocesis absolutam relationem Sueque Ecclesie statum mittere teneantur Item jubemus ut non solum primo instituendus Lugosiensis Antistes verum etiam alii omnes ad dictum Episcopatum promonendi ante suam institutionem fidei professionem a fel. mem. Urbano Papa Octavo Predecessore Nostro pro Orientalibus prescriptam coram personis sui Presbyterii in Dignitate constitutis emittere eamque scriptis traditam proprieque manus earumque personarum subscriptione et sigillo munitam ad Nostrum et Sancte hujus sedis pro tempore Vienne existentem Nuntium Apostolicum transmittere omnino debeant quam Apostolicus idem Nuntius ad dictam Congregationem Christiano nomini propagando prepositam transferri curabit statuimus denique ut fructus nove istius Cathedralis Ecclesie juxta redditus Episcopalis illius mense ut supra adsignatos in florenis Quingentis Quadraginta Octo aureis de Camera taxentur atque hujusmodi taxa in libris tum Camere Nostre Apostolice tum Collegii Cardinalium describatur Postremo autem Volentes ut omnia et singula que Apostolicis hisce Nostris Litteris continentur plenum consequantur effectum Dilectum filium Nostrum Michaellem ejusdem Sancte Romane Ecclesie Presbyterum Cardinalem Viale Prela nuncupatum Apostolicum Vienne Pronuntium in exequutorem presentium Litterarum Auctoritate Apostolica constituimus et deputamus eique ut pro hujusmodi exequutionis effectu quamcumque personam in dignitate tamen Ecclesiastica constitutam subdelegare ac tam ipse quam persona ab eo subdeleganda super quacumque questione oppositione

et dubio adversus premissa exposita et statuta quomodolibet orituris definitive etiam interpretari declarare et pronunciare omni appellatione remota libere Et licite possint et valeant facultatem concedimus et impertimur et insuper easdem presentes Litteras semper Et perpetuo validas et efficaces existere suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere nec non omnibus et singulis ad quos spectant seu spectabunt plenissime suffragari ac nullo unquam tempore quovis pretexto et qualibet causa quantumvis juridica et privilegiata vel speciali nota digna ac de necessitate juris omnino exprimenda de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio aut intentionis nostre seu quovis alio substantiali et peculiarem mentionem requirente defectu sive ex eo quod in premissis solemnitates et quevis alia servanda et adimplenda servata et adimpleta non fuerint aut ex quocumque alio capite de jure vel facto aut statuto vel consuetudine aliqua resultante notari impugnari retractari in jus vel controversiam vocari aut ad viam et terminos juris reduci vel adversus illas restitutionis in integrum aperiitionis oris aut quodcumque gratie uel justitie remedium impetrari seu quomodolibet motu etiam proprio et ex potestatis plenitudine concessio et impetrato vel emanato quempiam uti vel se juvare in judicio et extra illud posse neque illas sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus suspensionibus limitationibus derogationibus aliisque contrariis dispositionibus per quascumque litteras et Constitutiones Apostolicas aut Cancellarie Apostolice Regulas quibuslibet ex causis et sub quibusvis expressionibus et formis editas et quandocumque etiam in crastinum Assumptionis Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum ad summi Apostolatus apicem et alias etiamsi de iisdem presentibus eorumque toto tenore specialis mentio fiat in posterum edendas factis et faciendis comprehendere Sed semper et omnino ab illis excipi et quoties ille emanabunt toties in pristinum et validissimum statum restitutas repositas et plenarie reintegratas ac de novo etiam sub quacumque posteriori data concessas esse et fore sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos quavis Auctoritate fungentes etiam causarum Palatii Apostolice Auditores ac prefate Sancte Romane Ecclesie Car-

dinales etiam de latere Legatos Vice - Legatos dicteque Sedis Nuntios sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate iudicari ac definiri debere et si secus super his a quocumque quavis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum et inane decernimus. Non obstantibus Nostris et Cancellarie Apostolice Regulis de iure quesito non tollendo ac quatenus opus sit de applicationibus ad partes committendis vocatis quorum interest nec non Lateranensis Concilii novissime celebrati dismembrationes perpetuas nisi in casibus a iure permissis fieri prohibent aliisque etiam in Synodalibus Provincialibus Generalibus et Universalibus Conciliis editis vel edendis specialibus vel Generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Ecclesiarum de quibus facta mentio est iuramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alias roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque indultis et Litteris Apostolicis quibusvis superioribus et personis in genere vel in specie cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus et efficacissimis ac etiam insolitis clausulis irritantibusque et aliis Decretis etiam motu scientia et potestatis plenitudine similibus ac etiam consistorialiter aut alias quomodolibet in contrarium premissorum concessis confirmatis approbatis et innovatis quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio aut quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent eisdem presentibus pro plene et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime et amplissime ac specialiter et expresse ad premissorum omnium validissimum effectum hac vice dumtaxat Motu pari derogamus ceterisque contrariis quibuscumque Volumus etiam quod earundem presentium Litterarum transumptis etiam impressis manu tamen alicujus Notarii Publici subscriptis et sigillo persone in Dignitate Ecclesiastica constitute munitis eadem prorsus fides in iudicio et extra illud adhibeatur que eisdem originalibus Lit-

teris adhiberetur si forent exhibite vel ostense Nulli ergo omnino hominum liceat has paginas Nostre sejunctionis erectionis separationis dismembrationis exemptionis subjectionis institutionis assignationis appropriationis declarationis precepti jussi statuti mandati concessionis decreti derogationis et Voluntatis infringere vel illis ausu temerario contraire siquis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum = Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo Octingentesimo Quinquagesimo Tertio = Sexto Kalendas Decembris = Pontificatus Nostri Anno Octavo.

## F Ü G G E L É K.

**586.**

1339. május 19-én.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod nobilis vir magister Posa comes de Karosow dilectus nobis et fidelis ad nostre Serenitatis accedendo presenciam fidelitates suas et fidelium seruiciorum suorum merita seruiciaque filiorum et proximorum suorum nostre maiestati inpensa cum omni feruore fidelitatis in omnibus nostris et Regni nostri expedicionibus et exhibita proponens et declarans, patronatum cuiusdam Monastery in honore beati Regis Ladislai constructi, in monte Lywlaheg in comitatu Symigiensi existentis ac vniuersas possessiones et possessionarias porciones Johannis filij Poka fratris sui patruelis dudum iam traditi Sepulture vbilibet existentis et quouis nomine vocitatas que ab ipso tempore incapato olym post mortem eiusdem Johannis filij Poka alienate exstitissent et per indebite detentores occupate exceptis duabus possessionibus Zeuleus et Keer vocatis racione dotis et rerum par arphanalium (így) Johanni filio Gregory de eadem Zeuleus legitime deuolutis asserens easdem cum patronatu dicti monasterij suas esse hereditarias et ad ipsum Jure hereditario debere pertinere a nobis sibi et filijs suis perpetuo reddi

et restitui postulauit. Nos itaque consideratis et pariter circum-  
spectis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis preclaris  
multa laude dignis ipsius magistri Posa et filiorum suorum,  
quibus nobis continue in confinibus Regni nostri contra Re-  
gem Rascie non parcendo rebus nec persone fortune casibus  
se opposcentes studuerunt Complacere et se reddere erga  
nostram maiestatem et efficere gratos et acceptos vniuersas  
possessiones et possessionarias portiones memorati Johannis  
fily Poka fratris sui patruelis ac patronatum prefati Mona-  
sterij ipsum ut asserit Jure hereditario contingentes cum  
omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis eo Jure quo  
ad ipsum dinoscuntur pertinere sub metis suis ueris et antiquis  
sibi et suis filijs ac heredibus heredumque suorum successoribus  
reddidimus et restituimus possidendam et habendam exceptis  
predictis duabus possessionibus et sine preiudicio Juris alieni  
Datum In Wysegrad feria quarta proxima post festum Pen-  
thecostes, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX<sup>mo</sup> Nono.

#### Relacio Jacobi filij Paska.

(Hártyán hátlapján a nagy felségi pecséttel, alatta ismét a föntebbi  
szavakkal; eredetije Kőrmenden a hg. Batthyányi cs. Iban. Lullya Nr. 7.  
Alm. Lad. 1. acta antiqua u. o. megvan a pécsi káptalannak a beigta-  
tásról szóló 1339. fer. 4<sup>a</sup> post quindenas festi Penthecostes kelt jelentése,  
mely szerint a beigtatás minden ellenmondás nélkül megtörtént, a beig-  
tatás azonban még más két birtokrészben szintén nem történt meg,  
ugyanis »in eadem Lywlya et Toruey habitis, a káptalan ezen jelentését  
átírva I. Károly kly 1340. ddo Wysegrad in dominica oculi, magister  
Pousa de Zeer Comes de Karasow« kérésére, l. ezt u. o. 8. sz. a.)

#### 587.

1342. május 30-án.

Nos Petrus filius Lorandi vice magistri Pouse Comes de  
k a r a s o w Petrus filius Dominici et Mark filius Kelyani Ju-  
dices nobilium de eodem damus pro memoria, quod comes  
Paulus filius Heym personaliter coram nobis constitutus pro-  
testatus est per hunc modum quod Bratam kenezium magistri  
Pauli dicti Magyar, Rayka kenezium suum non postulata  
licencia contra iusticiam cum omnibus suis rebus et bonis ac  
frugibus Oculite et furtiue ad tenutas eiusdem Pauli dicti

Magyar abduxisset. Datum iuxta ecclesiam beati Stephani regis feria quinta post festum beati Dominici confessoris. Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> XL<sup>mo</sup> secundo.

(*Kivül* : Pro magistro Paulo filio Heym contra Bratan Kenezium protestatoria.)

(*Papíron*, zárlatán három pecséttel; eredetije Vég helyi D. gyűjt.)

### 588.

1361. február 19-én.

Paemissa salutacione, cum Dyonisius de Chanyouch famulus et officialis noster de Keue hic nobiscum in seruiçs domini nostri Regis commorari dinoscatur, Ideo proximitatem pariterque nobilitatem vestram attentissime rogamus quatenus possessionem Chanyouch et possessionem Athak vocatam (igy) nec non famulos eiusdem a cunctis indebite et iniuste molestare uolentibus protegetis et in eorum Juribus nostri amore defendatis. Data in Keue feria sexta proxima ante dominicam Reminiscere.

Magister Stephanus Comes de Keue et de Haram.

(*Kivül* : Nobili viro magistro Paulo magno Comiti Crisiensi et Symigiensi proximo honorando.)

(*Papíron*, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije Körmenden Croatica. Lad. 42. Nr. 95. csomag.)

### 589.

1394. szeptember 20-án.

Excellentissimo principi domino Sigismundo dei gracia Illustri regi Hungarie, domino eorum naturali Capitulum ecclesie Transsiluane, Oracionum suffragia cum perpetua fidelitate, Litteras vestre Serenitatis honore quo decuit recepimus in hec verba, Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Albensis partis Transsiluane Salutem et gratiam. Dicit nobis Bogdan filius Stephani de Mothnuk, quod ipse in dominium quarundam possessionum

Machwa, Almafa, Dobrogozta, et Mothnuk vocatarum, Ipsum omnis Juris titulo concernencium, legitime vellet Introire, Superquo fidelitati vestre firmiter edicimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Cristianus filius Dees, vel Opprissa, aut Stanislaus filius Iwan, alys absentibus homo noster, ad facies predictarum possessionum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis, Inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo Introducat ipsum in dominium earundem statuaturque easdem ipsi Jure sibi incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum Bogdan, nostram in presenciam ad terminum competentem rationem contradiccionis eorum reddituros Et posthec omnium premissorum seriem, vt fuerit expediens, nobis fideliter rescribatis. Datum in Temeswar, in vigilia festi beati Mathei Apostoli et ewangeliste, Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo quarto. Nos enim mandatis vestre sublimitatis obedire cupientes, vt tenemur, vnacum Stanizlao filio Iwan homine vestro, nostrum hominem videlicet Michaelem clericum de Choro nostro ad premissa fideliter exequenda duximus transmittendum. Qui demum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi die dominico proximo post festum beati Mychaelis Archangeli Jam preteritum ad facies predictarum possessionum, Machwa, Almafa, Dobrogozta et Mothnuk vocatarum pariter accessissent, ac ipsas vicinis earundem vniuersis circumquaque legitime conuocatis ipsisque presentibus Juxta continenciam litterarum vestre maiestatis prefato Bogdan statuissent, perpetuo possidendas, penitus nemine contradictore apparente, secundum regni consuetudinem tribus diebus continuis in eisdem moram faciendo Datum die dominico proximo ante festum beati Galli confessoris, Anno: quo supra.

(Zsigmond királynak 1406-diki megerősítő leveléből. L. a 143. számú oklevelet.)

### 590.

1618. junius 23-án.

Én Keresztesi Pál Nagy Megyeri etc. Adom bizonyá-  
gul ez levelemet mindeneknek az kiknek illik, hogy az minémű

nehézséges haragja szállott volt én reám ez elmúlt üdőkben az mi kegyelmes Urunknak Fejedelmünknek, véletlenül következtetett esetem miatt, melyért ő Nagysága törvénnyel akarván prosequálni, semmiképpen én az törvénynek utát követni és ő Nagyságával pörölni nem akartam, hanem mind magam alá-  
zatos könyörgésemmel s mind jó akaróimnak mellettem való törekedése által ragaszkodtam csak teljességgel az ő Nagysága fejedelmi kegyelméhez. Miben ő Nagysága velem az mennyi kegyelmességét jószágimnak ugymint *M a l a e s d n e k*, *H a c z e s e l n e k* és *S i d ó v á r á n a k* hozzá tartozó jószágoknak meg adásában hozzám meg mutatta, sem titkon, sem nyilván, semmi ellenkező igyekezetet ő Nagysága ellen nem viselvén, inkább teljes tehetségömmel fejem fön állásáig igaz hűséggel szolgálván ő Nagyságának, jó akaróinak jó akarója, ellenségének ellensége leszek, titkos praktikákat is és ártalmas dolgokat ő Nagysága ellen magam sem követek, sőt ha másoktól értenék affélét is, el nem titkolom, hanem ki jelentöm és tehetőségem szerént ellene is állok. Az mely jószágim pedig még meg nem adattanak, azokról vagy hasonlókról csak az ő Nagysága kegyelmességéhez ragaszkodom, és attúl várok. Az mindenható igaz Isten engömöt ugy segéljen. Kinek nagyobb erőségére adom ez hűtellel irott, pecsetöm kezem írásával való *Reversalisomat*. Datum in Ciuitate Alba Julia die 23. mensis Juny. 1618.

(P. H.) Keresztessy Pál m. p.

Coram me Simone Pechyo Cancellario m. p.

(Eredetije papíron *K. Papp Miklós gyűjteményében.*)